[redacted]

The Catholic
Theological Union
LIBRARY
Chicago, Ill.

026.262 A

NECROLOGIUM

FRATRUM MINORUM SANCTI FRANCISCI

CAPUCCINORUM

HETRURIAE PROVINCIAE

PRATI
Typis Succ. Vestri
1902

The Catholic
Theological Union
LIBRARY
Chicago, Ill.

NECROLOGIUM

FRATRUM MINORUM SANCTI FRANCISCI

CAPUCCINORUM

HETRURIAE PROVINCIAE

Quod. adm. Rev. Pater

EUGENIUS AB APUA

MINISTER PROVINCIALIS

EDI MANDAVIT

25470
DISCARDED

PRATI
Typis Succ. Vestri
1902

Province of St. Joseph
Capuchin-Franciscan Libr.
Mt. Calvary, Wisconsin

BENIGNE LECTOR

Necrologium hoc, quod paucis ab hinc annis, suasionibus R. P. Pacifici a Seiano et jussu admod: R. P. Aemilii a Liburno tunc temporis Ministri Provincialis, conficiendum suscepi, en tibi offero meliori, quo potui, modo elucubratum. Si quid in eo detegis imperfectionis, tribue imbecillitati mentis meae: sed considera non parvum laborem rectamque intentionem, et illud laudabile putabis, perutile ac pium.

Laudabile quidem: nam, si decens cunctis civium ordinibus omni tempore fuit mos colligendi suorum maiorum natu memorias: si decora genealogiae schemata et tot alia artis monumenta, effigies scilicet, sive sculptae, sive pictae; et nobis erit tot confratrum nostrorum de Religione et Patria summe benemerentium meminisse gloriosum.

Sed et perutile: siquidem tantorum sanctorumque Patrum ac Fratrum virtutes, praeclaraque gesta mente recolere et quotidie ob oculos ponere mira prorsus ratione ad eorum sectanda vestigia nos provocant. Quae res, ni fallor, causa fuit, ut aliae Ecclesiae Dei Religiosae Congregationes, vel jam ab immemorabili, hujusmodi laudabili instituto utantur; et etiam Nostri in plerisque Italiae et trans montes Provinciis suum Necrologium possideant et publice, primo refectionis tempore, post Sacrosanctum Domini Nostri Jesu Christi Evangelium, quotidie legant.

Est denique pium: et facile probatur non solum ex sacrae Scripturae testimonio, quo pietas erga Defunctos sancta et salubris dicitur; verum etiam ex santissimae nostrae Religionis dogmate, quod est communio sanctorum. Quae enim nunc in terris militat, Ecclesiam non solum cum Caelicolis bonorum et meritorum communionem habere; sed et eam, quae, in Purgatorio degit, suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio juvare posse fides nos docet.

Iam age huius Necrologii quotidiana lectio hanc fidei veritatem in mentem revocat. Ex illa enim praefinitus nobis Fratrum exhibetur numerus ea die defunctorum, ut eorum memoriam faciamus. Quod summae pietati et magno merito apud Deum esse, nemo est qui non videat.

Sed de huius operis utilitate et convenientia satis. Aliquid potius innuam de eius compilationis methodo, continuatione, deque modo utendi.

Et primo scito me non parvas, quae exoriuntur ab initio Congregationis nostrae in Thusciae Provincia, (ab anno 1532 usque ad annum 1602) per septuaginta circiter annos, invenisse difficultates. Nam eo temporis spatio, (nescimus utrum ex Maiorum nostrorum incuria, an ex nimio humilitatis

conceptu, vel casuali et inculpata dispersione) plurima desiderantur documenta, ex quibus elementa essentialia ad Necrologium conficiendum erui possent, uti sunt saecularis conditio, dormitionis locus, dies, mensis et annus, quo plurimi e nostris Religiosis mortalitatem explevere. Quae difficultates; etsi relate tantum ad diem et mensem dormitionis, ad annum usque 1628 perseverant.

Eis autem ut occurrerem, remedio usus sum simplicissimo. Quoniam dies omnes disparem dabant numerum defunctorum, vacuos plures nomine illorum replevi et, quum locus dormitionis deesset, eum assignavi, quem probabiliorem praesumpsi videlicet, valetudinarium Custodiae, ex qua Religiosus erat oriundus. Et fortasse a veritate longius non abii. Nam aegrotantes et senes in locis, ut dicitur, custodialibus collocandi mos erat communissimus, adhuc non omnino praetermissus.

Verum post annum 1628, perfacilis mihi et plana facta via est. Non desunt enim multa et pretiosora fragmenta a sollertissimo nostrae Provinciae Historiografo collecta, scilicet R. P. Philippo a Florentia, viro optime de Religione merito, cujus memoria, apud omnes nostri quidem humilis, sed non inglorii Instituti decus diligentes, in benedictione erit. Eo duce, persaepe nihil mihi aliud studii relictum, nisi latino reddere, quod ipse vulgari tradidit sermone, et brevi perstringere, quae libuit encomio celebrare majori.

Ad recentiora quod attinet documenta investiganda, atque enucleanda, meus labor in eo fuit, ut in profusis laudationibus illud unum attingerem encomium exactum quo Religiosi virtus peculiaris referretur, memoriae digna et posterorum aemulationi proponenda.

Quum vero multorum notaverim nobilitatem sanguinis, ne putes me idipsum fecisse ex stultae vanitatis iactantia; bene vero opportuno consilio. Nam in pleno magnae contradictionis saeculo agimus vitam. Ex una parte antiquus societatis ordo passim contemnitur et Democratia, uti dicunt, iactitatur maxima; ex altera ad maiores et sublimiores gradus ascendere fere omnes inhiant, praestantiae et principatus titulos emunt, vittas pectorales et equestria insignia avide insequuntur et magnificant. Hinc antiquae merita nobilitatis et gesta praeclara vituperant; inde Religiosos cunctos ab infima plebe natos calumniantur et derisui habent. Hoc solo necrologio isti veritatis osores operiantur confusione, et videant quot, quantosque ab italico nobili genere uni tantum Provinciae Capulatorum sodales datos: videant quanti habendus sit a suo tramite non deficiens, sibique a Deo demandata conficiens, Religiosorum coetus, vel de ipso civili consortio maxime meritus.

Secundo: clara et aperta res est huius Necrologii continuationis necessitas, ut fini, ad quem est exaratum, respondeat: modus autem continuationis planissimus. Expedit enim et sufficit ut calendarii auctor per singulos annos in ordine liturgico Provinciae Religiosos defunctos adnotet, describendo titulum, dignitatem, merita et peculiares eorum virtutes, quo modo hoc opus compositum est adeo ut nihil aliud Superioribus localibus sit faciendum, quam in Necrologio transferre, quae in calendario posita sunt. Et ita nullus Religiosus memoria excidet et quisque pium suffragium habebit.

Tertio: hic est modus Necrologio utendi. Postquam Ebdomadarius le-

gerit sacrosantum Domini Nostri Jesu Christi Evangelium et Theologiam Moralem, primus Acolytus Necrologii lectionem ita incipiet:

Die Prima Januarii Defuncti sunt; Senis etc. et in fine concludet: *Quorum animae, aliorumque, si qui sunt, Defunctorum, per misericordiam Dei requiescant in pace:* quibus dictis, tot a Religiosa Familia respondebit: *Amen.* Et sic aliis diebus.

Tandem in hoc Necrologio invenies saepe de Nostratibus dictum, quod mortui sint cum fama sanctitatis, vel miracula patrarint, beneficia obtinuerint, vel fuerint virtutibus perfectissimi. Sed tecum reputa haec omnia tanti valere, quanti fides humana; nec amplius, nec aliter. Siquidem S. R. et U. Inquisitionis decretum super sanctitatis fama Servorum Dei, anno 1625 editum et anno 1634 confirmatum, juxta declarationem a SS.° Domino Urbano Papa VIII anno 1632 factam, me servare sanctaeque Romanae Ecclesiae filium obsequentissimum esse et permanere velle ad extremum usque vitae spiritum certo scias.

Peccioli, 27 Januarii 1902.

F. Alexander a Sejano
O. M. Capucc.

DIE PRIMA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1540. SENIS. — R. P. Angelus ab eadem Civitate, dum esset praefectus fabricae primi Coenobii ad Montem Cellesium prope hanc urbem, devotus et pius.

1633. PISIS. — Fr. Romanus a Pisis, Laicus.

1663. FLORENTIAE. — Fr. Ioannes Franciscus ab eadem Urbe, pariter Laicus, qui, quamvis e Turcarum natione oriundus, bonus Religiosus evasit.

1673. EMPORII. — Fr. Iuniperus a Serripoli, etiam bonus et laboriosus Laicus.

1732. ARRETII. — R. P. Hieronymus a Liciniano, Concionator, saepe Guardianus et in iuventute pie instituenda peritus.

1736. SANCTI QUIRICI. — P. Ioseph Maria a Massa Ducali, Concionator.

1777. LUCAE. — R. P. Antonius a Campomaiori, Concionator, qui nobis insigne patientiae exemplum reliquit in longo et acri morbo tolerando.

1789. ARRETII. — R. P. Leonardus a Trasilico, Concionator, optimis et imitandis moribus praeditus et in Domus Domini decore promovendo assiduus.

1809. PISIS. — R. P. Aloysius a Massa Ducali, Concionator, qui cum esset iuvenis bonis dotibus ornatus, immaturo fato expectationi Provinciae eripitur.

1830. FLORENTIAE. — Fr. Aegidius a Pisis, Laicus.

1871. IBIDEM. — R. P. Anselmus a Pisis, qui ferventi zelo et magno Christianorum Fidelium fructu praedicationi Verbi Dei infatigabiliter se addixit, et ut bonus Christi miles usque ad mortem decertavit.

1879. LICINIANI. — R. P. Marianus a Liburno, qui decorem Ordinis diligens saepe fuit Guardianus vigilantissimus, et non mediocri zelo ac fructu Praedicationis officio satis fecit.

1884. PISIS. — Fr. Seraphim ab Apua, Laicus, qui in diuturno ac gravi morbo tolerando clarum patientiae exemplum nobis praebuit, se hilari vultu divinae voluntati subiiciens.

DIE SECUNDA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1548. Astae Pompeiae. — R. P. Iacobus a Florentia, vir angelicus, plurimis virtutibus ac praesertim vitae austeritate illustris; qui in Provinciam Ianuensem missus, in Coenobio Sancti Barnabae Apostoli Guardianus fuit.

1629. Turriculi. — Fr. Franciscus ab eodem loco, Laicus.

1631. Venetiis. — Fr. Guidus a Cortona, item Laicus, qui in Classe Veneta obiit.

1645. Senis. — Fr. Franciscus a Monticulo Amiatino, Clericus.

1649. Item. — Fr. Andreas a Senis, longaevus Laicus.

1655. Lucae. — Fr. Angelicus a Florentia, pariter Laicus, egregius et charitate praeditus aegrorum curator.

1716. Item. — Fr. Ioseph Maria a Luliano, pariter Laicus.

1743. Ponte Aerae. — R. P. Antonius M.ª a Valle, pius ac fervidus Concionator: fuit etiam saepe Guardianus.

1749. Florentiae. — P. Basilius a Prato, qui studiis navans operam, in febrim hecticam incidit, qua ad tumulum bene dispositus translatus est.

1796. Sancti Quirici. — P. Innocentius a Senis, qui secta Protestantium in qua natus erat, abiurata, assiduo divinarum rerum exercitio, zelo proximorum salutis, optimus ac exemplaris Religiosus evasit.

1819. Lucae. — P. Ioannes Franciscus a Luca, qui usque ad octogesimum aetatis suae annum vitam morigeram et virtutis locupletem duxit.

1835. Florentiae. — Fr. Bernardinus a Castro Plani, Clericus Studens.

1863. Liburni. — P. Chrysostomus ab eadem Civitate, in quo omnes ferme virtutes, sed praecipue recessus a saeculo, obedientia et charitas fraterna enituere.

DIE TERTIA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1629. LUCAE. — R. P. Ignatius a Florentia, saepe Guardianus: aetate ac singulari probitate venerabilis senex.
1651. PISTORII. — Fr. Valerianus ab eadem Urbe, Laicus.
1666. SENIS. — R. P. Augustinus a Clusio, optimus Religiosus, qui pluries Guardianus renuntiatus est.
1677. FLORENTIAE. — R. P. Michael ab eadem Civitate, qui laudabiliter per annos multos Guardiani munere functus, acri et diuturno morbo, hilari ac patienti animo tolerato, in senectute bona quievit.
1692. PISTORII. — Fr. Valerianus a Momineo, Laicus devotus et infatigabilis (obiit in Coenobio SS. Crucifixi).
1697. SANCTI CASSIANI DE BALNEIS. — R. P. Petrus a Massa Ducali, Guardianus.
1698. ARRETII. — Fr. Cosmas a Podio Cajano, devotus Laicus.
1702. SENIS. — P. Antonius a Vellano.
1713. FLORENTIAE. — P. Antonius M.ª de eadem Urbe, Missionarius.
1722. PISIS. — P. Franciscus a Ponte Aerae, Concionator, Religiosus ob suas egregias dotes omnibus dilectus.
1738. MASSAE. — Fr. Bernardinus a Vico, Laicus.
1767. ARRETII. — R. P. Bernardinus ab eadem Civitate, Concionator et quondam Guardianus.
1767. FLORENTIAE. — P. Iesualdus a Pistorio, qui studiis operam navans pie obiit.
1779. ITEM. — Fr. Alexander a Florentia, Laicus, raro exemplo charitatis notandus.
1786. IBIDEM. — R. P. Angelicus a Florentia, Concionator, vir exemplaris, prudens et pacificus, qui per decem et octo annos in Brephotrophio Sanctorum Innocentium curionis officium laudabiliter complevit.
1789. ITEM. — Fr. Felix a Soviliana, Laicus, qui sibi commissa a Superioribus officia fideliter implevit, et ob egregias animi dotes Deo et hominibus placuit.
1860. ITEM. — P. Cajetanus a Vinca.
1860. IBIDEM. — Fr. Felix a Sancto Ioanne, Laicus bonus et nostro Instituto addictissimus.
1872. PISIS. — P. Venantius a Florentia, qui consummatus in brevi explevit tempora multa et pientissime quievit in osculo Domini.

DIE QUARTA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1629. LIBURNI. — P. Damianus a Volaterris.

1718. LUCAE. — R. P. Hyacinthus a Casula, optimus, exemplaris et saepe Guardianus zelantissimus.

1721. ITEM. — R. P. Dominicus a Fivizzano, iam pluries Guardianus, aetate ac virtute venerabilis.

1724. IBIDEM. — R. P. Ioannes Dominicus a Luca, Concionator et jam Guardianus.

1725. FLORENTIAE. — Fr. Petrus a Ripoli, Laicus.

1743. SENIS. — Fr. Marianus ab eadem Civitate, pariter Laicus.

1749. FLORENTIAE. — Fr. Modestus ab eadem Urbe, item Laicus, qui quamvis ultra modum simplex Frater; tamen laudabilis assiduitate Ecclesiae et labore; nam per quadraginta annos Lanificio inserviit fideliter.

1752. SENIS. — R. P. Antonius Maria ab eadem Civitate, exemplaris et egregius Concionator, habilis Lector et dum esset Guardianus, zelantissimus religiosae observantiae custos.

1795. LIBURNI. — Fr. Marcellinus ab eadem Civitate, Laicus, vitae exemplaris ac boni nominis Frater.

1804. FLORENTIAE. — P. Bernardus a Florentiola.

1832. ITEM. — Fr. Angelus a Seravetia, Clericus, multae pietatis iuvenis.

1874. ARRETII. — R. P. Claudius ab Arretio, qui ad praedicandum Verbum Dei zelo Apostolico et veri oratoris dotibus erat praeditus; sed aliter Deus disposuit; nam in juvenili aetate coecus effectus et aliis aegrotationibus cumulatus, per viam patientiae iter suum complevit.

DIE QUINTA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1631. Florentiae. — Fr. Benedictus a Luca, Laicus: peste laborantibus pie inserviens suae charitatis victima occubuit.
1641. Pisis. — P. Stephanus a Luca.
1645. Senis. — Fr. Dionysius a Sarteano, Laicus.
1647. Item. — P. Bartholomaeus a Senis, nobilitate generis clarus, utpote ex familia Guelfi, sed omnimoda boni religiosi virtute magis praefulgens.
1676. Florentiae. — R. P. Antonius a Liciniano, Concionator et olim Guardianus observantissimus. Religiosus hic tanta virtute et devotione praeditus erat, quod nihil magis delectaretur quam de Divinis verba facere.
1680. Item. — P. Andreas ab Arretio, ex nobili Familia Alberori ortus.
1682. Volaterris. — Fr. Franciscus M. a Montevarchio, Laicus devotissimus.
1731. Lucae. — P. Franciscus a Castrofranco, probatissimus et venerabilis senex.
1736. Arretii. — R. P. Hieronymus ab eadem Civitate, Concionator eximius, exemplaris Religiosus et pluries Guardianus zelantissimus.
1736. Pisis. — R. P. Ioseph M.a ab eadem Urbe, Concionator et Guardianus: huic religioso inerat specialis sanctimonia et perfectio vitae; mira autem erat ejus cibi et potus abstinentia, tenerrima et vehemens erga Beatam Virginem devotio.
1758. Cortonae. — R. P. Ioannes Chrysostomus a Florentia, Concionator, verbis et exemplis expertissimus Novitiorum Magister.
1766. Item. — R. P. Ioannes a Ponte Aerae, Concionator.
1812. Pistorii. — Fr. Bonaventura ab eadem Civitate, Laicus.
1822. Arretii. — Fr. Valentinus a Terranova, Laicus, devotionis, prudentiae ac cum omnibus reverentiae plenus.
1832. Monte Politiano. — P. Cosmas a Florentia, qui ob religiosas virtutes apud universam Provinciam in maxima aestimatione fuit.
1843. Pisis. — R. P. Aloysius a Burgo Boyanensi, qui speciali praerogativa charitatis et zelo salutis animarum enituit, nec non suae religiosae professionis observantissimus cultor fuit.
1852. Florentiae. — Fr. Felix ab eadem Urbe, Laicus, qui devotus et bonus fideliter et assidue per annos multos Lanificium direxit.
1895. Liburni. — Fr. Barnabas a Sco, Laicus devotissimus, bene moratus, laboriosus et obedientissimus.

DEFUNCTI SUNT

1630. Pisis. — Fr. Iustinus a Pistorio, Laicus.

1664. Colle. — R. P. Hadrianus ab eodem Loco, in saeculo nobilis Sabolini, in religione virtute praestans et bono exemplo et saepe Guardianus disciplinae religiosae zelator.

1697. Romae. — R. P. Bartholomaeus a Luca, Concionator et in Curia R.mi Patris Procuratoris expertissimus a Secretis.

1716. Florentiae. — P. Bernardinus a Florentia.

1718. Liburni. — R. P. Franciscus ab eadem Civitate, Concionator et saepe Superior, qui sicut cum virtute vixit, ita pie obiit.

1748. Florentiae. — Fr. Masseus a Signa, Laicus devotionis et laboris studiosissimus.

1757. Item. — R. P. Cosmas Antonius a Florentia, probatissimus Religiosus et omni honore dignus; qui, quum munus eximii Oratoris et prudentissimi Secretarii multo sui et Religionis decore absolvisset, praelaturis vale dicens, abscondit se cum Christo.

1776. Ibidem. — Fr. Felix a Tibiana, Laicus, qui sive in vita, sive in morte, praeclarum exemplum virtutis seraphicae nobis reliquit.

1803. Liburni. — Fr. Felicissimus a Rusiniano, Studens qui pie vixit et cum fiducia in Domino obiit.

1810. Ibidem. — Fr. Ioannes a Sexto, Laicus, moribus illibatis et devotissima vita.

1815. Florentiae. — Fr. Hyacinthus a Cortona, Laicus, pius ac charitatis plenus Infirmarius.

1832. Arretii. — Fr. Dominicus a Cortona, Laicus, qui post pium obitum obtinuisse in Coelis praemia meritorum suorum nobis spem reliquit.

1846. Florentiae. — Fr. Victorius a Prato, Laicus, recessus, orationis et omnimodae virtutis amator.

1856. Volaterris. — Fr. Felix a Liburno, Laicus labori assiduus ac charitatis plenus.

1862. Florentiae. — Fr. Gabriel ab Apua, Laicus, qui omnibus diebus vota sua prae oculis habens, in exercitio religiosarum virtutum multum profecit.

1868. Fornaciculae. — P. Ioseph Athanasius ab Apua.

1869. Casae Bassianae. — P. Silvester ab eodem Loco.

1880. Florentiae. — Fr. Ioseph a Burgo Sancti Laurentii, Clericus; iuvenis praeditus illibatis moribus ac tenerrima devotione erga B. Virginem.

1887. Biturgiae. — R. P. Franciscus a Pistorio, Guardianus: vir mitis ac modestus, suae Professioni addictissimus, regularis observantiae amator et custos.

DIE SEPTIMA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1563. FLORENTIAE. — P. Bernardinus ab Utiano, ad omnem virtutem formatus, praesertim ad spiritum orationis.

1564. SENIS. — Fr. Marianus a Clanciano, Laicus.

1632. FLORENTIAE. — R. P. Victorius a Prato, aliqua vice Guardianus.

1637. ITEM. — P. Benedictus a Florentia.

1637. LUCAE. — P. Michael Angelus a Campo Maiori.

1662. IBIDEM. — R. P. Honorius a Luca, iam Guardianus in Provincia Corsicae.

1728. LIBURNI. — P. Anselmus a Trasilico, laudabilis vitae Sacerdos.

1746. SANCTI THOMAE. — Fr. Ioannes Mediolano, Laicus, qui salutis animarum cupidus ad Missiones Brasilienses profectus, in insulam S. Thomae vix appulsus, suae rectae voluntatis praemium accepit.

1782. LUCAE. — R. P. Bonaventura ab eadem Civitate, Concionator, Religiosus patientissimus.

1784. FLORENTIAE. — Adm. R. P. Franciscus a Clanciano, iam Minister Provincialis, qui virtutibus ac raris donis ornatus, muneribus Concionatoris et Lectoris optime satis fecit: quique ob amorem amplexati Instituti nec non solitudinis desiderio etiam maioribus officiis et honoribus renuntiavit.

1799. SENIS. — Fr. Seraphinus a Volaterris, bonae et religiosae vitae Laicus artis coementariae peritissimus.

DIE OCTAVA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1577. SENIS. — P. Iacobus a Volaterris.

1631. PUPPII. — Fr. Felix a Lierna in agro Clusentino, Laicus.

1645. FLORENTIAE. — R. P. Franciscus a Castronovo in Carferoniana, bonus Concionator et iam Guardianus.

1702. LUCAE. — Admodum R. P. Ludovicus a Lammari, Concionator et Guardianus. Religiosus erat doctrina et ferme omnibus virtutibus ornatus, austerus sibi et fervidus observantiae religiosae curator: iam munus Lectoris rite absolverat, et ut Definitor ad consuetam Congregationem Quadragesimalem pergebat: sed cum per parvam trabem tumidum flumen trajiceret, elapso pede, cecidit, et una cum Socio in aqua misere periit.

1702. IBIDEM. — Fr. Romualdus a Burgo Lucae, Laicus, austerus et devotus Frater, qui in eodem vere lacrymabili casu occubuit.

1735. ARRETII. — Fr. Octavianus a Sexto, item Laicus valde exemplaris.

1763. SENIS. — Fr. Marianus ab eadem Civitate, Laicus.

1776. ARRETII. — Admod. R. P. Carolus ab Arretio, Concionator, ex nobilissima Familia Lambardi ortus: plurima verba ad omnia gesta et facta huiusmodi optimi Patris recensenda oporterent; fuit enim doctus et pius, affabilis et austerus, zelo Dei et progressus nostrae Religionis inflammatus: Lectoris, Guardiani, Definitoris, Custodis, Provincialis et etiam Mantuanae Provinciae Commissarii munia feliciter explevit.

1793. SENIS. — Fr. Innocentius a Senis, Laicus.

1796. FLORENTIAE. — Fr. Vincentius a Cercina, Laicus, qui pauper vixit, sed dives meritis ac virtutibus obivit.

1878. PISIS. — R. P. Leo ab eadem Civitate, Religiosus observantissimus et sui Instituti amantissimus: fuit etiam saepe Guardianus.

1880. FLORENTIAE. — P. Daniel a Burgo Sancti Laurentii, Concionator, iuvenis singulari bonitate donatus ac prudentia: in Nosocomio Sanctae Mariae Novae variolis infecto assistens, eodem morbo corripitur et ad Montem Ughiorum translatus, ibi victima suae charitatis obiit.

DEFUNCTI SUNT

1678. Florentiae. — R. P. Joseph M.a a Montepolitiano, bonus Religiosus suavitate morum ornatus, qui etiam una vice fuit Guardianus.

1684. Lucae. — Fr. Iustus a Volaterris, Laicus, in quo inter alias virtutes summa abstinentia eminebat.

1694. Radicofani. — Fr. Salvator a Monte Ilcino, etiam Laicus, bonus et simplex quaestuator.

1714. Florentiae. — Fr. Christophorus a Pistorio, item Laicus.

1717. Item. — Fr. Ioseph ab Arcidosso, pariter Laicus, qui iam in saeculo Chirurgiae operam navans, etiam in Religione cura infirmorum ei tradita est et magna charitate et peritia in hoc officium incumbens exemplarissimus Religiosus evasit.

1720. Ibidem. — R. P. Ioannes a Senis, egregius Concionator, Lector emeritus, necnon optimus Pater.

1767. Sancto Miniate. — Fr. Bernardus ab eadem Civitate, Laicus longo tempore cellarius, labori et devotioni semper intentus.

1772. Sancti Sabini. — R. P. Dominicus ab Arretio, Guardianus.

1806. Emporii. — R. P. Bartholomaeus a Tibiana, Guardianus, probatae bonitatis Pater, Divini Verbi praedicatione indefessus.

1834. Arretii. — R. P. Augustinus a Liciniano Concionator, qui, Superior et Subditus, bonus et pius Religiosus semper fuit.

1836. Florentiae. — Fr. Petrus a Catena, Laicus inter caeteras virtutes charitatis erga confratres singulari praerogativa donatus.

1850. Senis. — P. Ignatius ab Apua, qui omnes virtutes; sed maxime humilitatem et seraphicam paupertatem dilexit.

1893. Sancti Geminiani. — Fr. Felix a Levane, Laicus, qui otii inimicus, devotioni deditus et labori, vota sua fideliter observans, piissime obiit.

1896. Florentiae. — Fr. Aloysius a Fivizzano, Laicus multis virtutibus donatus, sed praesertim peritia et charitate in aegrotis curandis.

DIE DECIMA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1643. Florentiae. — Fr. Ioannes a Monticulo, Laicus.
1678. Ibidem. — Fr. Ludovicus a Florentia, Clericus.
1687. Liburni. — P. Ioseph a Basatio.
1715. Arretii. — P. Sanctes a Latiano, vir simplex et charitatis plenus: quidquid prae manibus habuit, ultro pauperibus dedit: humilem ac austeram egit vitam, quam tandem pientissime reliquit.
1723. Liburni. — P. Seraphinus a Seravetia, Concionator irreprehensus in omnibus.
1731. Lucae. — P. Damianus a Campomaiore.
1731. Item. — R. P. Felix a Seravetia, Concionator, saepe Guardianus et semper bonus Religiosus.
1739. Florentiae. — Fr. Illuminatus a Sancto Cassiano, Laicus bonus, humilis ac devotus.
1745. Senis. — R. P. Coelestinus ab eadem Civitate, Concionator, qui in Poloniam missus, ibique diu optime moratus, pie excessit e vita.
1797. Florentiae. — P. Thomas a Burgo S. Laurentii, Studens egregiae indolis et bonae spei iuvenis et ob candidos et politos mores omnibus carus.
1829. Pisis. — Fr. Ansanus a Fusechio, Laicus.
1868. Liciniani. — R. P. Archangelus a Florentia, Concionator.

DIE DECIMAPRIMA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1680. LICINIANI. — Fr. Cherubinus a Pistorio, Laicus.
1698. FLORENTIAE. — R. P. Ioseph M.a a Florentia, Concionator; Comes Bentivoglio antea dictus utpote ex celeberrima hac Bononiensi Familia oriundus. Vir fuit omnium meritissimus: nam Aulam Hetruriae Principis linquens, Christo Domino se totum mancipavit. Licet invitus, fuit Praeses in Nosocomio Sanctae Mariae Novae, et Guardianus in Poloniae Provincia, quam unus ex primis ipse fundavit, et dum esset Tuneti Missionarius, ubi etiam pro Christo captivitatem passus est, Carthaginensi Archiepiscopali dignitati nuntium remisit.
1709. PISIS. — R. P. Ioseph a Liburno, iam pluries Guardianus.
1715. FLORENTIAE. — Fr. Petrus a Mediolano, Laicus ingeniosus et laboriosus necnon bonus et in adversis patiens.
17[illegible]8. ITEM. — P. Rainerius a Pisis, qui in Concionatoris munere longam vitam irreprehensam complevit.
1731. PISTORII. — Fr. Marcellinus a Gabiniana, Laicus.
1751. LUCAE. — R. P. Clemens ab Alipha, Guardianus et etiam non mediocris Concionator.
1763. SENIS. — R. P. Caesarius ab eadem Civitate, Concionator, exemplarissimus Pater et saepe etiam Guardianus regularis observantiae amator.
1772. SANCTI SABINI. — Fr. Ioannes a Florentia, Laicus.
1790. FLORENTIAE. — Fr. Valentinus a Pistorio, item Laicus.
1823. ITEM. — P. Blasius a Cutiliano, cuius virtutum exempla nota manent non religiosis tantum, sed etiam secularibus.
1859. ITEM. — Fr. Paschalis ab Emporio, Laicus, boni spiritus et exemplaris Religiosus, necnon laboriosus et peritus faberlignarius.
1899. ITEM FLORENTIAE. — R. P. Felix a Fighino, Concionator, qui saepe saepius superioritatem adeptus, omni zelo et optimo exemplo adimplevit.

DIE DECIMA SECUNDA JANUARII

DEFUNCTI SUNT

1632. Florentiae. — R. P. Ludovicus a Luca, fervidus Concionator et saepe expertissimus Guardianus.

1641. Senis. — P. Aegidius a Seravetia.

1658. Lucae. — Fr. Humilis a Chiphento, Laicus, simplex et bonis moribus Frater.

1664. Florentiae. — Fr. Mansuetus a Septimo, item Laicus.

1697. Ibidem. -- Fr. Aegidius a Biturgia, pariter Laicus.

1745. Liburni. — R. P. Robertus a Montepolitiano, ex nobili domo Tarugi. Non modicae famae Concionator, semel Guardianus et in Hetruriae Triremibus Cappellanus fuit. Morbo apopletico correptus biennium patienter sustinuit et tandem senex obiit cum signis verae pietatis et religionis.

1759. Florentiae. — R. P. Franciscus Antonius ab eadem Urbe, Concionator.

1789. Item. — R. P. Dominicus a Florentia, Concionator et pluries Guardianus, illibatis moribus Religiosus, quietis amator et pacis, quippe S. Regulae observantissimus, diu noctuque a frequentatione chori animum non relaxabat.

1802. Ibidem. – Fr. Remigius a Florentia, Laicus.

1811. Liburni. — R. P. Cosmas Fidelis a Cortona, Concionator et saepe Guardianus, qui sive nobilitate generis, erat enim ex Passerini nobilissima familia ortus, sive experientia et virtute magni habitus est, tam in Religione, quam in saeculo.

1814. Item. — Adm. R. P. Antonius a Seravetia, Concionator et Definitor: vir qui in vita et in morte religiosissimus apparuit.

1819. Montevarchio. — R. P. Petrus ab eodem loco, Concionator.

1825. Pisis. — Fr. Timotheus a Florentia, Studens.

1872. Florentiae. — P. Cherubim a Liburno, animarum salutis zelantissimus, necnon omnibus carus ob placidos et religiosos mores.

1889. Senis. — Reverendissimus P. Aegidius a Cortona; qui iam in nostra Thusciae Provincia Philosophiae et Theologiae Professor emeritus, nec non egregius Concionator; dum summa sollicitudine et vigilantia in magna angustia temporum ipsam Provinciam regeret, a Summo Pontifice Pio Papa Nono ad regimem totius Ordinis, Generalis Minister advocatus est, et per annos duodecim, forti et constanti animo nec non doctrina, virtute, prudentia gubernavit. Tandem, expleto officio, in nuperrimo Coenobio ad Senas se recepit, ibique velut quilibet ex fratribus in omni religioso officio humiliter se exercens sancto fine quievit.

DIE DECIMATERTIA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1666. Lucae. — Fr. Victorius a Volaterris, Laicus.

1699. Senis. — R. P. Hadrianus ab eadem Civitate, exemplaris Sacerdos optimis moribus ornatus, qui etiam saepe Guardianus fuit.

1712. Liburni. — Fr. Ioseph a Quarata, Laicus, qui ob praeclaras virtutes extitit multum amabilis Deo et hominibus et in senectute bona quievit.

1722. Florentiae. — Admodum R. P. Franciscus M.a a Senis, Guardianus ac Definitor.

1736. Monte S. Sabini. — Fr. Ambrosius a Mediolano, Laicus.

1750. Item. — R. P. Ioseph a Vernio Bardorum, qui per triginta annos apud R.mum P. Procuratorem munus Secretarii prudentissime exercuit; Religiosus simplex, mitis et affabilis, nec non virtutibus ornatus praecipuis Praelatis ac Urbis Dominis carus et in magna aestimatione fuit. Tandem reversus in patriam senex pientissime obiit.

1769. Turriculi. — Adm. R. P. Ludovicus a Liburno: fuit Concionator, Magister novitiorum, Guardianus et Definitor: bis Minister Provincialis electus claruit summa charitate, prudentia, zelo regularis observantiae, quibus ad mortem usque fratribus se praebuit in exemplum.

1796. Florentiae. — Fr. Felix a Lugano, Laicus bonus et devotus.

1802. Item. — Fr. Seraphinus a Fesulis, pariter Laicus sanctitate vitae ac verae paupertatis spiritu seraphico donatus.

1802. Pisis. — R. P. Ioannes Chrysostomus ab eadem Civitate, non infimae eruditionis ac doctrinae vir, nobilitate generis clarus, utpote ex Currinorum familia progenitus, sed magis integritate et austeritate vitae laudandus.

1874. Arretii. — Fr. Franciscus ab Apua, Laicus, sanctae obedientiae specialis amator, et bonorum morum custos.

1894. Florentiae. — Fr. Antonius M.a a Russiniano, pariter Laicus.

1895. Pernabuci. (in America Meridionali). — Fr. Augustinus a Barberino, Missionarius Laicus; qui dum in Provincia viveret non dubia signa boni et poenitentis Religiosi dedit, et in Missionibus adiuvit Patres nostros sive laborando, sive cathechizando.

1899. Pisis. — R. P. Ioachim a Seravetia, Concionator et semel Guardianus.

DIE DECIMAQUARTA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1664. FLORENTIAE. — P. Hyppolitus a Namurco, qui multa patientia in acri et diuturno morbo tolerando merita quam plurima adeptus est.

1742. ITEM. — Fr. Archangelus ab Impruneta, bonus Laicus, ac in omnibus officiis suis maxime expertus.

1745. PISTORII. — R. P. Alexander a Massa, quondam Guardianus.

1759. SENIS. — P. Bernardinus a Strata, qui pius et simplex Religiosus in senectute bona quievit.

1763. PISIS. — R. P. Angelus M.a ab eadem Civitate, Concionator et Guardianus, nobilis Zucchetti antea dictus. Vir placidis moribus dotatus, necnon zelo disciplinae inflammatus; dum esset Superior, omni charitate, efficaci persuasione et exemplo subditos ad regularem observantiam ducebat.

1797. FLORENTIAE. — Fr. Ioannes a Panzano, Laicus, qui praeclaris virtutibus ornatus fuit, nec non in arte coementaria valde peritus.

1808. LIBURNI. — Fr. Ioannes a Soviliana, Laicus.

1839. ITEM. — Fr. Marcellinus ab Apua, pariter Laicus.

1844. SENIS. — Fr. Felix ab eadem Civitate, item Laicus virtute ac sancta et iucunda conversatione amabilis omnibus.

1864. SENIS. — P. Bernardinus ab eodem loco, mitis ac bonae indolis Religiosus, qui a teneris annis pietatem erga Deum coluit et in ea multum profecit.

1872. FLORENTIAE. — P. Zephyrinus a Prato, devotus Religiosus nec non patiens et Divinae Voluntati conformatus.

1880. ITEM. — Fr. Iesualdus a Pistorio, Laicus, bonus et modesta iucunditate carus.

1883. PISIS. — Fr. Laurentius a Guardistallo, pariter bonus Laicus.

1894. FLORENTIAE. — R. P. Petrus a Trequanda, vir simplex et rectus placuit Deo et hominibus. Per multos annos Praesidis munere in aedibus hospitalibus laudabiliter functus est: extra et intra coenobium semper religiose vixit et pientissime obiit.

DIE DECIMAQUINTA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1645. Florentiae. — R. P. Antonius a Pistorio, ex nobili Paribeni Familia, egregius Verbi Dei Minister.

1656. Lucae. — Fr. Stephanus a Benabio Laicus.

1674. Burgi S. Laurentii. — R. P. Raphael a Florentia Concionator et Guardianus; boni spiritus Religiosus, et in Regno Congi Missionarius.

1681. Turriculi. — R. P. Basilius a Florentia, Concionator, integer vitae Sacerdos, iam Provincialis Ministri a Secretis et Superior zelantissimus.

1696. Pistorii. — P. Philippus a Seravetia, qui plenam meritis vitam optimo fine complevit.

1709. Florentiae. — Fr. Angelicus a Pisis, Laicus.

1721. Volaterris. — R. P. Bartholomaeus a Liciniano, valde pius et optimus Concionator.

1748. Florentiae. — Adm. R. P. Mansuetus a Castula, Vicarius Provincialis, vir summis meritis ac virtutibus vere commendabilis, muneribus Concionatoris, Lectoris, Guardiani, Definitoris et etiam Ministri Provincialis egregie functus est, in quibus prudentiae, doctrinae et observantiae optimum specimem dedit.

1759. Item. — Fr. Franciscus a Pratolino, Laicus virtutibus ornatus; sed praecipue charitate, quam infirmi suae curae traditi experti sunt.

1763. Item. — Fr. Bernardus a Magia, pariter Laicus, boni spiritus Religiosus.

1767. Ibidem. R. P. Carolus M.a a Pistorio, Concionator.

1781. Sarteani. — Fr. Franciscus a Cellis, Laicus laboriosus et ad exercitia religionis ac pietatis assiduus.

1803. Florentiae. — P. Bonaventura a Montecarolo, spectatae vitae Sacerdos, amore Dei et proximorum salute flagrans.

1810. S. Geminiani. — Adm. R. P. Martinus a Signa, ex civili domo Cappiardi, Concionator, qui summa dexteritate Magistri Novitiorum et Definitoris munus exercuit; fuit etiam Religiosus vitae prorsus exemplaris et a frequentia saeculi alienus.

1832. Florentiae. — R. P. Ioannes Antonius ab eadem Civitate, Concionator religiosissimus et patientissimus.

1834. Item. — R. P. Petrus M.a a Florentia, vir vere religiosus et qui in Praedicatione Verbi Dei efficaciter et utiliter multum adlaboravit, quique Superior Regulae observantiam fortiter suaviterque curavit.

1861. Item. — Fr. Carolus a Vernio, Laicus devotissimus et patiens in adversis.

DEFUNCTI SUNT

1629. PISIS. — Fr. Elzearius a Colle in Valle Nebulae, Laicus.
1644. PUPPII. — P. Ioseph a Quarata.
1650. FLORENTIAE. — P. Ioannes a Pisis.
1665. ROMAE. — Adm. R. P. Ioannes Franciscus a Luca, ex nobilissima domo Torri progenitus: qui Iurisperitus in Patria doctissimus, etiam in Religione doctrina, sanctitate vitae praesertim, zelo regularis disciplinae, amore seraphicae paupertatis claruit. Fuit etiam Lector, Magister Novitiorum, Guardianus, Definitor, Vicarius Provinciae et Generalis Visitator in Corsica; tandem summi Oratoris per totam ferme Italiam expleto munere, in alma Urbe Concionator cursum complevit.
1665. FLORENTIAE. — Fr. Franciscus a Clanciano, Laicus, dives virtutis et dierum; qui cum signis verae praedestinationis obiit.
1685. LUCAE. — P. Gregorius a Monte Villae, in saeculo pius Sacerdos.
1718. IDEM. — P. Albertus a Pisis, observantissimus Pater.
1737. ARRETII. — R. P. Ioseph M.a a Castula, Concionator.
1740. LUCAE. — R. P. Ioannes Franciscus ab eadem Civitate, Concionator et honorabilis Religiosus.
1766. PRATI. — Fr. Thomas ab eadem Civitate, Laicus.
1773. FLORENTIAE. — Adm. R. P. Antonius a Luca, qui Concionatoris, Lectoris et Definitoris munera optime explevit et religiosa probitate vitae condecoravit.
1783. SENIS. — R. P. Hieronymus a Senis, Concionator, qui ortus ex nobili familia Savini et iam sacro Hierosolymitano Militari Ordini adscriptus, equestria abiiciens insignia, nudam Christi Crucem amplexatus, constanter et patienter usque ad mortem sustulit, Deo, terribili ac diuturno morbo, virtutem eius probante et confirmante.
1784. ARRETII. — Fr. Modestus a Vico Maiori, bonus Laicus.
1791. ITEM. — Fr. Genesius a Pistorio, pariter bonus et desiderabilis Laicus, qui Sacerdotes speciali honore prosequebatur.
1799. FLORENTIAE. — R. P. Ioannes Philippus a Pistorio, Concionator atque Guardianus observantissimus.
1810. RADICOFANI. — P. Archangelus a Florentia, iuvenis et virtute excellens Sacerdos.
1833. SENIS. — R. P. Franciscus a Ponte-Aerae, Concionator et talis Religiosus qui ob egregias dotes ac virtutes magni habitus sit ab omnibus.
1879. FLORENTIAE. — R. P. Hilarion a Pecciolo, Sacerdos, qui saepe Guardianus sanctitate vitae et prudentia omnes in sui amorem traxit.
1879. ITEM. — Fr. Blasius a Campilia, Laicus, in omnibus Divinae Voluntati bene conformatus.
1894. KALACLIAE IN BULGARIA. — Adm. R. P. Samuel a Prato, Missionarius Apostolicus, qui salutem animarum anhelans, vero spiritu ductus in illa Missione multum adlaboravit, ita multaque digna laude adimplevit, ut laboribus et virtutibus suis plurima merita pro aeterna vita cumularit.

DEFUNCTI SUNCT

1586. FLORENTIAE. — P. Antonius a Montopoli, qui ad exemplum S. P. N. Francisci Religionem ingrediens, patri obsistenti omnia reliquit: vitam duxit virtutibus plenam et qua Ordini adscriptus fuerat et primo sacrum peregit, eadem recurrente die migravit in coelum.
1642. LUCAE. — Fr. Sanctes a Luliano, Laicus, oratione et austeritate vere admirabilis.
1667. PISIS. — Fr. Iustus ab eadem civitate, pariter exemplarissimus Laicus, qui in officio ianitoris longe perseverans, inanibus verbis et otio abhorrebat.
1685. LIBURNI. — R. P. Hieronymus ab eadem Civitate, Concionator aetate quidem iuvenis, sed non virtute et ingenio; morbo epidemico infectis libenter assistens, charitatis victima pie obiit.
1693. PISTORII. — R. P. Michael Angelus a Piteccio, qui Concionatoris, Lectoris ac saepe Guardiani munera laudabiliter explevit.
1730. LUCAE. — P. Ioseph M.ª ab eadem Urbe.
1753. LIBURNI. — R. P. Bernardus a Labrone, Concionator et saepe etiam Guardianus regularis observantiae fidelis amator.
1767. SENIS. — R. P. Victorius a Senis, bonitate et doctrina conspicuus.
1774. ITEM. — R. P. Thomas a Senis, Concionator.
1775. LUCAE. — P. Carolus Franciscus ab eadem Civitate, ex domo Pucci, qui exemplarissimus Religiosus semper fuit et senio magis quam morbo obiit.
1781. ITEM. — R. P. Albertus M.ª a Luca, Concionator et pluries Guardianus.
1810. PISIS. — R. P. Cherubim a Liburno, Concionator.
1815. BURGI S.ᵗⁱ LAURENTII. — R. P. Ioseph a Marradio, Vicarius.
1848. FLORENTIAE. — P. Michael a Guardistallo, qui ferventiori spiritu, omnibus vitae diebus, reddidit Deo vota sua.
1869. SANCTO MINIATE. — Fr. Ioseph a Biturgia, Laicus in exercendis commissis fidelissimus.
1872. SENIS. — P. Eduardus a Montevectulino, iuvenis pius ac devotus.
1888. FLORENTIAE. — Fr. Didacus a Pistorio, Laicus, qui per annos quadraginta quaestuationem in civitate exercens, omnium civium amorem et aestimationem sibi captavit modestis, religiosis et politis moribus; iure meruit appellari: Bonus et fidelis servus Dei.
1891. ITEM. — Fr. Antonius a Prato, pariter Laicus, admodum devotus et exemplaris.

DIE DECIMAOCTAVA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1570. Montepolitiano. — Fr. Ludovicus a Monte S[t]. Sabini, Laicus.

1684. Pisis. — Fr. Bernardinus a Morello, Laicus laboriosus et devotioni deditus.

1701. Senis. — Fr. Georgius ab eadem Civitate, pariter Laicus ad bonum educatus et sagax, sed magis devotus ac observantiae religiosae sectator.

1726. Lucae. — P. Antonius a Seravetia, Concionator.

1744. Smyrnae. — R. P. Andreas a Castro Buiti, Concionator et Missionarius, qui valde cupidus adlaborandi in Vinea Domini per vigintiquinque annos in Missionibus Georgiae perseverans, permagnos fructus retulit; sed, dum in Italiam reverti contendit, in hac civitate morari compulsus, curam illorum Christianorum suscepit, quo in munere obeundo, morte corripitur et lacrymis omnium parentatur.

1746. Liburni. — R. P. Thomas a Florentia, Concionator.

1811. Cassanae. — Fr. Nicolaus ab eodem Loco, Laicus.

1876. Arretii. — Fr. Franciscus ab eadem Civitate, Laicus.

1882. Item. — Fr. Fabianus a Biblena, pariter Laicus, qui bonus Religiosus suorum onerum fidelis observator extitit.

DIE DECIMANONA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1651. MONTEACUTO. — R. P. Ioseph M.a a Sancto Petro in Balneo, qui vix Sacerdos e saeculo egrediens, Religionem advolans, brevi pientissime obiit.

1683. CORTONAE. — Fr. Guidus ab eadem Civitate, Laicus.

1720. FLORENTIAE. — Fr. Felix a Limite, pariter Laicus.

1735. SENIS. — P. Arsenius a Puppio.

1745. FLORENTIAE. — R. P. Antonius a Turrita, qui probatissimus Religiosus et zelantissimus Superior fuit, quique in multa patientia longam ferens infirmitatem, tandem nonagenarius obdormivit in Domino.

1780. ITEM. — R. P. Thomas a Massa Ducali, Concionator, qui religioso zelo per annos quatuordecim in maiori Hospitali huius civitatis infirmos adiuvit, et tandem ab omnibus lacrymatus quievit in Domino.

1781. ITEM. — Fr. Masseus a Cortona, Laicus charitatis et reverentiae plenus erga confratres, quibus per decem et octo annos in eodem Sanctae Mariae Novae Hospitali inserviit.

1785. ITEM. — Fr. Felix a Florentia, Clericus.

1790. IBIDEM. — R. P. Angelus M.a a Florentia, Concionator ex celeberrima et nobilissima familia Patiorum ortus: Religiosus mitis ac modestus, qui cum omni regularis observantiae affectu, seu subditus, seu Superior Religioni servivit.

1844. ARRETII. — R. P. Angelus M.a a Radiolo, Concionator: Religiosus optimus et quondam etiam Guardianus vigilantissimus.

1879. FLORENTIAE. — Fr. Benedictus a Talla, Laicus.

1890. ITEM. — Fr. Valentinus ab Apua, pariter Laicus, qui onus suum fideliter et recte portavit.

1893. ITEM. — Adm. R. P. Antonius a Ponte Aerae, Definitor Provincialis: vir electi ingenii ac tenacis memoriae, quibus usus est tum in munere Evangelicae Praedicationis summa cum laude et fructu obeundo, tum in variis opellis conficiendis et praelo traditis vel tradendis, tum etiam in docendis, velut Eloquentiae et Hermeneuticae Sacrae Professor nostris iuvenibus et ad Divinum Verbum evangelizandum disponendis. Huic Patri desideratissimo inerant insuper multae religiosae virtutes, praesertim paupertas et Ordinis nostri amor: vehementissimo morbo correptus spei nostrae eripitur.

1900. FLORENTIAE. — Fr. Petrus ab Apua, Laicus, usque ad mortem laboris patiens, in quaeritanda stipe sollicitus atque amplexi Ordinis amantissimus.

DIE VIGESIMA IANUARII

DEFUNCTI SUNT

1613. Arcidossi. — P. Franciscus a Florentia.

1641. Florentiae. — P. Christophorus a Roma.

1654. Item. — Fr. Humilis a Puppio, Laicus, qui per quadraginta annos aegrotis Religiosis inserviens, et, peste grassante, saecularibus, insigne sui amoris erga proximum omnibus exemplum reliquit.

1751. Castulae. — Fr. Ioseph a Cortona, pariter Laicus, qui etiam, ut laudabiliter se gessit in omnibus Laicorum officiis, ita summam laudem adeptus est in aegrotorum custodia.

1766. Item. — Fr. Paulus a Florentia, Laicus, qui ex Missione Tibetana rediens in Patriam, in itinere obiit.

1793. Apuae. — Fr. Ioannes Baptista ab eadem Civitate, religiosissimus Laicus.

1801. Turriculi. — R. P. Hieronymus ab Abbatia Lucensi, Concionator indefessus.

1849. Pisis. — P. Andreas a Seravetia.

1866. Arretii. — Fr. Silvester a Castula, Laicus, infatigabilis, pius et optimis moribus praeditus.

1868. Colle. — Fr. Bernardus a Colle, Laicus,

1901. Prati. — R. P. Caietanus ab Apua, Concionator, per multos annos Hospitalis S. Mariae Novae a sacris et Fratrum Praeses, pluries Superior charitate praeditus, Religiosus amans silentium et recessum a saeculo, regularique observantiae licet senio confectus addictissimus.

1901. Senis. — P. Laurentius a Massa Ducali, virtute obedientiae eximius: paralysi captus, quamvis natura vividus, ipse se exhibuit mansuetum et mitem, voluntati Dei plene conformatum et in perferendis infirmitatibus imitatione dignum.

DEFUNCTI SUNT

1587. Senis. — Adm. R. P. Raphael a Volaterris, Concionator et postulatus Superior; nam Romae, Venetiis et in Thuscia Minister Provincialis fuit.

1592. Lucae. — Fr. Porphirius a Barga Clericus.

1601. Florentiae. — Fr. Bernardinus a Clavario, Laicus, qui obiit in monasterio SS.mae Conceptionis.

1710. Pisis. — R. P. Franciscus a Massa Ducali; Concionator et iam in triremibus Magni Ducis Haetruriae zelantissimus Cappellanus.

1743. Florentiae. — Fr. Robertus a Florentia, pius et devotus Clericus.

1748. Pistorii. — R. P. Franciscus a Casulis, Concionator et utpote regularis observantiae custos et bonus religiosus pluries Guardianus electus est.

1814. Item. — Adm. R. P. Ioannes Benedictus a Florentia, Concionator et Definitor Provincialis, qui in multis virtutibus optime exercitatus, tanquam verus Seraphici Patris Francisci filius fuit ab omnibus aestimatus.

1828. Pisis. — Fr. Balthassar a Prato, Laicus bonis moribus praeditus.

1893. Florentiae. — Adm. R. P. Faustinus a Fivizzano, Concionator, Magister Novitiorum, Definitor et iam pluries Guardianus: Pater devotissimus et maxime orationi deditus.

1894. Pisis. — Fr. Maurus a Castro Plani, bonus et simplex Laicus.

DEFUNCTI SUNT

1633. MONTEVARCHIO. — R. P. Angelus a Thipherno, Concionator ac meritissimus Pater, qui sui boni ac pii ingenii specimen reliquit in devotissimis operibus praelo mandatis; fuit etiam saepe Guardianus probatissimus.

1680. PISTORII. — Fr. Philippus a Serripolo, exemplaris Laicus.

1687. SENIS. — Fr. Alphonsus a Pistorio, item Laicus pariter bonus e exemplaris.

1701. PISIS. — R. P. Ioseph a Barga, quondam Guardianus.

1715. LUCAE. — R. P. Andreas ab eadem Civitate, Concionator, qui comitate et magna prudentia exornatus, saepe optimus Superior evasit.

1715. ITEM. — R. P. Hieronymus a Luca, Concionator.

1732. ARCIDOSSI. — R. P. Franciscus a Casabassiana, egregius Concionator et optimae vitae Religiosus.

1743. FLORENTIAE. — R. P. Vincentius ab eadem Civitate, pariter Concionator et jam Guardianus.

1752. ITEM. — R. P. Archangelus a Pratoveteri, Concionator ornatissimis moribus dotatus, Cardinali Casinio utpote a secretis apprime carus: etiam in Provincia Superioritates exercuit summa cum laude et discretione; tandem post diuturnos morbos patienter et iucunde toleratos, senex placide obiit in Domino.

1755. LUCAE. — P. Bernardinus a Controne.

1856. SENIS. — R. P. Bernardinus ab eadem Civitate, celebris Concionator. Ipse ferme omnibus praecipuis Italiae urbibus, summa cum laude nec non magno animarum fructu Divinum Verbum nunciavit, addens ad efficacia eloquentiae argumenta efficaciora exempla boni ac modesti Religiosi.

1758. PISIS. — P. Marianus a S.° Cassiano de Pisis.

1758. SENIS. — R. P. Mathias a Lintz, Concionator et saepe Guardianus.

DEFUNCTI SUNT

1701. LUCAE. — P. Urbanus a Sorana, bonae ac timoratae conscientiae Sacerdos.

1709. LIBURNI. — R. P. Iuniperus a Barga, Concionator, qui ob suum ferventiorem spiritum et studium religionis ac pietatis Magister Novitiorum factus est, quique etiam in Ergastulo hujus civitatis primus omnium nostrum Missionarius fuit, ibique per triginta annos zelo et charitate flagrans erga miseros degentes perseveravit: sed adversum se austeritate summa exarsit, tandem pientissime obiit.

1745. ITEM. — R. P. Franciscus M.ª a Liburno, Concionator et quondam Guardianus.

1760. IBIDEM. — R. P. Bonaventura a Castrofranco inferiori, fervidus Concionator, optimus Religiosus et venerabilis senex.

1775. SENIS. — Adm. R. P. Philippus M.ª ab eadm Civitate, Concionator iam Lector, Definitor et ex Provincialis, qui doctrina, prudentia et pietate refulsit.

1789. FLORENTIAE. — Fr. Bonaventura a Pecciolo, Laicus, vir religiosus in omnium virtutum exercitio applicatus.

1821. LIBURNI. — P. Carolus a Prato, exemplaris Sacerdos et in adversitatibus et contradictionibus tolerandis patientissimus.

1823. MUTILI. — R. P. Ioachim a Florentiola, Concionator, qui praeditus singulari pietate et doctrina officium Lectoris cum laude obtinuit, et saepe etiam Guardianus fuit.

1826. PISIS. — Fr. Hieronymus a Montevarchio, Laicus speciali bonitate notatus.

1846. ITEM. — P. Cammillus a Turrita, Studens, boni spiritus invenis, necnon B.ªᵉ Virgini singulariter devotus.

1855. SENIS. — Fr. Franciscus a Certaldo, Laicus, qui in orationis assiduitate vim hausit ad laboriosa sui status officia fideliter obeunda.

1883. ANTIOCHIAE. — R. P. Dominicus a Seravetia, Missionarius Apostolicus.

1888. FLORENTIAE. — Fr. Iuniperus ab Aliana, Laicus aetate et moribus vere venerandus, Religiosus vivae fidei cui omnes suos actus vivens et moriens composuit.

1888. ARCIDOSSI. — Fr. Mauritius ab Icilio, pariter Laicus, qui vitam duxit irreprehensibilem, austeram, devotam et laboriosam.

1890. FLORENTIAE. — R. P. Alphonsus ab ipsa Urbe, Sanctae M.ªᵉ Novae Praeses, Concionator et iam Guardianus, qui propter multas virtutes, sed praecipue ob nimiam charitatem suam dignus fuit qui amaretur ab omnibus.

1895. BURGI S. LAUTENTII. — R. P. Fulgentius a Sancto Miniate, Concionator et saepe etiam Guardianus observantiae amator et custos; vir simplex et rectus religiose vixit.

DEFUNCTI SUNT

1615. FLORENTIAE. — P. Paulus ab eadem Civitate, venerabilis senex; qui devotam vitam explevit centum annorum.
1658. PRATI. — P. Antonius ab eadem Civitate, in saeculo nobilis Verzoni et in Religione optimus Sacerdos, qui in senectute bona quievit.
1737. PISTORII. — R. P. Antonius Franciscus a Pistorio, ex nobilissima Sozzifantorum familia ortus, fervidus Concionator, qui ab omni specie honoris prorsus alienus, in exercitio virtutum multo proficiens abscondit se cun Christo et tandem octuagenarius meritis plenus obiit.
1748. FLORENTIAE. — R. P. Thomas a Castrofranco, ferventissimus Concionator et dum esset Superior, observantiae regularis defensor.
1866. S. GEMINIANI. — R. P. Ioseph M.ª a Radicofano, pariter Concionator et saepe Guardianus, qui iam senex pie, ut vixit, obiit.
1766. PRATI. — Fr. Archangelus a Signa, Laicus.
1795. FLORENTIAE. — P. Eustachius a Peretola, qui fideliter Domino reddidit vota sua.
1817. SENIS. — R. P. Geminianus a S. Geminiano, Concionator S. P. N. Francisci spiritu refertus.
1823. LUCAE. — P. Antonius a Fibbialla, exemplaris Sacerdos.
1877. PISIS. — Fr. Didacus a Volaterris, Laicus humilis, devotus et infaticabilis.

DEFUNCTI SUNT

1633. Florentiae. — P. Iustus a Chiphento.
1634. Arretii. — P. Adeodatus a Castula.
1704. Lucae. — Fr. Paulus ab Uzzano, Laicus pius et devotus.
1743. Pisis. — R. P. Davinus a Luca, Concionator, fervidus et zelantissimus Missionarius in Provincia Styriae.
1755. Lucae. — R. P. Petrus Aloysius a Seravetia, Concionator.
1763. Liciniani. — Fr. Ioannes M^a^. a Montevarchio, optimus Laicus.
1776. Liburni. — R. P. Thomas a Rivoalto, Concionator bonus et pius.
1769. Arretii. — Fr. Ioseph ab eadem Civitate, Laicus.
1789. S.[i] Geminiani. — Fr. Timotheus a Castello, pariter Laicus devotioni et labori intentus.
1792. Peccioli. — R. P. Franciscus M.[a] a Liburno, Concionator egregius, Guardianus observantissimus ac timoratae conscientiae Pater.
1799. Florentiae. — R. P. Ioannes M.[a] a Massa Ducali, Concionator et boni exempli Sacerdos.
1799. Parmae. — Adm. R. P. Donatus Felix ab Arretio, ex nobili familia Guadagnoli ortus, qui in exercitio multarum virtutum, praesertim studio humilitatis, orationis et zelo animarum necnon ministerio verbi Dei et iuventutis instituendae optimam famam adeptus est.
1814. Florentiae. — Fr. Gabriel a Levane, Laicus.
1832. Pisis. — Fr. Crispinus a Montecoeli, pariter Laicus, cuius vita cumulus bonarum operum fuit.
1849. Arretii. — Fr. Fidelis a Castula, Laicus qui religiosa officia peregit.
1858. Arretii. — R. P. Paschalis a Florentia, Concionator et pluries Guardianus: quibus in muneribus semper boni spiritus Religiosus se praetulit.
1891. Emporii. — R. P. Ludovicus a Pisis, Concionator et saepe Superior regularis disciplinae amantissimus; quique devotus et austerus: fervidas fundens ad Dei Matrem preces expiravit.
1894. Pisis. — Fr. Andreas ab Apua, Laicus, simplex et bonus, erga B. Virginem Mariam valde devotus, et in omnibus parere paratus.

DEFUNCTI SUNT

1680. Pistorii. — Fr. Dominicus a Senis, Clericus studiosus et pius.

1738. Lucae. — Fr. Ioseph a Burgo Lucensi, Laicus, speciali donatus modestia et regularis observantiae indefessus frequentator.

1748. Florentiae. — Adm. R. P. Antonius a Florentia, Concionator, nobilitate generis quidem clarus, utpote ex perillustri Pandolphinorum prosapia ortus; sed virtute ac doctrina etiam praeclarissimus. Praeter alias egregias dotes, inerat ei recta ratio gubernandi: idcirco Magister Novitiorum, Definitor, pluries Guardianus et ter Minister Provincialis fuit. Tandem in quiete Coenobii SS. Conceptionis pientissime obiit.

1769. Ibidem. — Fr. Gervasius a Florentia, Laicus, egregiis dotibus et virtutibus ornatus, Superiorum Maiorum in Socium saepe adscitus.

1783. Senis. — R. P. Hieronymus ab eadem Civitate, Concionator, ex nobili Savinorum Familia ortus, qui iam sacro militari ordini Hierosolimitano adscriptus, Crucem Domini amplexatus in invicto patientiae exercitio usque ad mortem perseveravit.

1789. Pisis. — R. P. Cherubim a Seravetia Concionator, iuvenis virtutibus et non paucis egregiis dotibus decoratus; sed immaturo fato ereptus est.

1795. Florentiae. — R. P. Simplicianus ab eadem Civitate, Concionator et pluries Guardianus, qui inter multas, quibus pollebat virtutes heroica ferme patientia in acrioribus et longioribus aegritudinibus tolerandis emicuit.

1803. Item. — Fr. Hadrianus a Monte Varchio, Laicus, sanctae vitae Religiosus.

1873. Pisis. — R. P. Thomas ab eadem Civitate, Concionator, saepe Guardianus, semperque optimus Pater.

1878. Agrae *(in Indiis Orientalibus)*. — R. P. Angelus M.[a] a Castula, Concionator et per multos annos infaticabilis Missionarius Apostolicus.

1880. Burgi S. Laurentii. — Fr. Lazzarus a Civitella, Laicus, qui, ut bonus Capuccinus extitit laboriosus, pacificus, devotus omnibus diebus vitae suae.

1897. Pisis. — Fr. Gaudentius a Cravero, Laicus, habilis infirmarius et infaticabilis frater.

DEFUNCTI SUNT

1631. Florentiae. — P. Innocentius a Pisis, ex clara domo Parenti, qui charitate flagrans, lue pestifera grassante, in Laemocomio Faesulanae Abbatiae se addixit, ubi infirmis assistens, ipso morbo correptus, B.ae Virginis apparitione recreatus, quievit in pace.
1670. Castulae. — P. Laurentius ab eodem loco.
1672. Florentiae. — Fr. Carolus a Vezzano, exemplaris Laicus.
1725. Senis. — P. Bernardus ab eadem Civitate, ex nobili Tolomei stirpe progenitus, devotissimus Sacerdos, qui in simplicitate cordis et bonitate spiritus Deo servivit.
1741. Lucae. — Fr. Bernardus a Campomaiori, Laicus, exactissimus Religiosus.
1752. Senis. — R. P. Ioseph M.a ab eadem Civitate, Concionator, Theologiae Moralis ex Lector et Guardianus; sua munia laudabiliter obivit: postremo longo et acri morbo afflictus in multa patientia se exercuit.
1780. Florentiae. — R. P. Antonius Franciscus a Pistorio, Concionator et pluries Guardianus, qui ob religiosam exemplaritatem et modestiam fuit omnibus carus.
1784. Lucae. — Fr. Bonaventura ab eadem Civitate, Clericus.
1801. Florentiae. — P. Seraphim a Montevarchio, Studens, qui sive spiritus sive mentis multis cumulabatur virtutibus; sed immatura aetate eripitur.
1806. Item. — Fr. Bernardinus a Cassina, Laicus.
1833. Ibidem. — Fr. Ioannes a Terranova, pariter Laicus, qui obiit diebus ac meritis plenus.
1848. Senis. — Adm. R. P. Antonius Aloysius ab eadem Civitate, ex Provincialis; qui tam Lector peritus et sapiens, quam Superior vigilans et prudens, de tota Provincia benemeritus est.
1857. Liburni. — R. P. Gregorius a Florentia, Concionator, qui ut adipisceretur sui status perfectionem, in dies semper nova charismata aemulabatur.
1872. Arretii. — Fr. Ioannes a Radiolo, Laicus, qui per totum vitae suae spatium ita morigerus semper apparuit, ut suo humili incessu et devota conversatione ab omnibus veneraretur.

DIE VIGESIMAOCTAVA JANUARII

DEFUNCTI SUNT

1681. Senis. — Adm. R. P. Sylvester ab Asciano, Concionator, qui sive Magister Novitiorum, sive Guardianus, sive Definitor sive tandem Vicarius Provincialis religiosae disciplinae apprime zelator fuit et seipsum praebuit exemplum bonorum operum.

1705. Lucae. — R. P. Zenobius a Capannori, Concionator et saepe Guardianus, qui per octoginta annos ad multas virtutes profecit, praesertim ad summam austeritatem et orationem.

1707. Ibidem. — Fr. Antonius a Castro Franco inferiori, Laicus, qui inter caeteras virtutes, charitatem cum paupertate sociavit, austerum sibi, aliis benevolum semper se praebuit.

1711. Monte Varchio. — Fr. Antonius a Ponte Erae, item bonus et pius Laicus.

1759. Florentiae. — R. P. Ubaldus ab eadem Civitate, Concionator et ex Guardianus.

1798. Senis. — Fr. Joannes a Bonoconventu, Laicus, qui in luendis iuvenilibus admissis studiosissimus fuit.

1827. Burgi S. Laurentii. — R. P. Fidelis a Pistorio, qui assiduo virtutis exercitio multum profecit, et quamvis ultima hora vocatus, plenam boni operarii mercedem obtinuit.

1833. Liburni. — Fr. Angelicus a Pistorio, Laicus, qui suavitate et bonitate morum multum amabilis fuit.

1844. Ponte Erae. — R. P. Eugenius ab Emporio, Concionator et saepe Guardianus.

1858. Pisis. — R. P. Felix a Monte Calvulo, Concionator, doctrina, eruditione, animarum zelo praeditus et optimus Superior.

DIE VIGESIMANONA JANUARII

DEFUNCTI SUNT

1662. Lucae. — Fr. Prosperus a Valle Octaviae, Laicus, vir magnae simplicitatis et bonitatis.
1676. Florentiae. — P. Vincentius a Monte Politiano.
1676. Item. — Fr. Masseus a Florentia, Laicus, qui Religioni fideliter servivit.
1696. Ulyssipponae. — R. P. Franciscus a Cortona, Concionator, qui ad missionem Congi vix appulsus, morbo correptus cogebatur regredi; sed reddita sibi sanitate, dum iterum illuc iter aggreditur, naufragio facto, misere periit.
1706. Sancti Geminiani. — R. P. Franciscus a Prato, Concionator.
1767. Lucae. — Fr. Ioseph a Bovelio, Laicus.
1773. Liburni. — R. P. Marianus a Plano, Concionator et iam Missionarius Apostolicus, qui in Provinciam reversus ob egregias dotes et virtutes semper in honore habitus est.
1777. Cortonae. — Admod. R. P. Antonius Maria a Cortona, Concionator, ex nobilissima Tommasi familia progenitus, affabilis et prudens Provinciam nostram honorifice moderatus est et extraordinariis vitae argumentis obiit.
1793. Pisis. — P. Gregorius a Sancto Geminiano, Concionator, bonis moribus et Divini cultus zelantissimus Sacerdos.
1795. Florentiae. — R. P. Dionysius a Sancto Miniate, Concionator, saepe observantissimus Superior et semper optimus Religiosus.
1842. Pisis. — Fr. Felix a Prato, Laicus.
1887. Arretii. R. P. Leopoldus a Liburno, Concionator et quondam Guardianus, coenobiticae disciplinae assiduus cultor et irreprehensibilibus moribus Pater, nec non iucunda comitate carus.
1894. Item. — Fr. Felix a Sancto Geminiano, Laicus, peritus et etiam charitate praeditus Infirmarius; probatis moribus et paupertatis amator nec non B^ae^ Virgini Immaculatae devotus.

DIE TRIGESIMA JANUARII

DEFUNCTI SUNT

1660. TURRICULI. — R. P. Ioannes Baptista a Plebe ad Fosinam, Guardianus, vir orationi, mortificationi et omnimodae virtuti summopere addictus et speciali erga Beatam Dei Genitricem tenerrima devotione ditatus.

1695. LUCAE. — Fr. Laurentius a Pisis, Clericus, ex nobili domo Sani natus, bonae spei iuvenis ac optima indole praeventus.

1721. IBIDEM. — P. Gabriel a Luca, Concionator.

1721. IBIDEM. — R. P. Marius a Luliano, Concionator et in omni genere virtutum optimus Pater; qui multum in vinea Domini adlaboravit sive Missionarius in labronensi ergastulo, sive in Poloniensis Provinciae fundatione: aetate et meritis plenus obiit in pace.

1736. FLORENTIAE. — Fr. Franciscus ab Arcidosso, devotus ac mitissimus Laicus.

1739. ARRETII. — R. P. Ioseph M[a] a Cortona, ex Marchionibus Burbon de Petrella, nobilissima progenie ortus; qui zelo et doctrina ministerio Verbi Dei impensam operam dedit.

1763. PRATI. — R. P. Augustinus a Florentia, Guardianus.

1766. LIBURNI. — R. P. Clemens a Campo Maiori, Concionator.

1777. LUCAE. — R. P. Simeon a Gallicano, Concionator, qui, exemplarem vitam ducens, in senectute bona obdormivit in Domino.

1830. SANCTO MINIATE. — Fr. Blasius a Castro Florentino, qui religiose vivens et fideliter in ministerio suo serviens, pie obiit.

1836. FLORENTIAE. — Fr. Alexander a Castello, Religiosus optimus, qui saepe munus Sacristae exercens, decorem Domus Domini semper dilexit.

1857. SENIS. — R. P. Antonius a Turrita, Concionator, ac Magister Novitiorum et saepe Guardianus, qui dum Vicarii munus omni zelo exerceret, pientissime obiit.

1867. LIBURNI. — R. P. Aloysius a Ponte Erae, celebris Concionator et saepe Guardianus. Optimus et zelantissimus hic Pater, potius quam secundam dispersionem subire cogeretur mortem a Deo petiit et obtinuit piissimam.

1869. ITEM. — R. P. Gaudentius a Sancto Miniate, optimus Religiosus et saepe etiam prudens Superior.

1885. FLORENTIAE. — Fr. Alexander a Clusio, sanctitate vitae, nec non magno exemplo sive in saeculo sive in claustro praeditus Laicus.

1886. ARRETII. — Fr. Franciscus a Cortona, pariter bonus et laboriosissimus Laicus.

1865. IBIDEM. — P. Robertus a Castula Concionator in ministerio verbi assiduus, in jura Dei ac Religionis vindicando constans et in omnimodae virtutis exercitio usque ad mortem fideliter perseverans.

DIE TRIGESIMAPRIMA JANUARII

DEFUNCTI SUNT

1693. FLORENTIAE. — P. Thomas a Volaterris, qui orationis, mortificationis et omnimodae virtutis exercitatione iugiter Deo placere studuit.

1715. ARRETII. — Fr. Sebastianus a Cortona, Laicus, qui in sui status officiis obeundis summa diligentia et optima dispositione semper usus est.

1736. FLORENTIAE. — Fr. Franciscus Mª a Fighino, Laicus.

1740. PISIS. — R. P. Octavianus ab eadem Civitate, Concionator, nobilis Del-Mosca; qui saepe observantissimus Guardianus fuit et quo ad vixit ad exemplaritatem et austeritatem vitae semper pronus, post longam et gravem acgrotationem bene dispositus obiit.

1793. FLORENTIAE. — Fr. Fulgentius a Vincio, Laicus, Frater carissimus, qui magna charitate erga infirmos in Valetudinario degentes excelluit, et erga Bᵐ Virginen tenerrima devotione flagravit.

1805. ITEM. — Fr. Vincentius a Prato, exemplaris Laicus.

1822. IBIDEM. — Fr. Rochus a Signa, pariter Laicus, qui talis evasit Religiosus ut vita eius, velut speculum virtutis in exemplum tironibus et provectioribus adduceretur.

1842. PISIS. — R. P. Petrus a Sancto Petro, Concionator, jam in Portugalliae regno Missionarius Apostolicus et saepe etiam Guardianus, zelo et charitate plenus.

1878. ITEM. — R. P. Gabriel a Seravetia, Concionator et jam Guardianus, qui zelo Dei inflammatus et dono charitatis erga proximum dotatus, in iis totum se exercuit, sive Predicationis officio, sive in Nosocomio Fratribus praesidendo per annos plurimos.

1844. FLORENTIAE. — R. P. Benedictus a Capraria, zelantissimus Concionator, boni spiritus Pater et constitutionum nostrarum exactissimus observator.

1885. ITEM. — Fr. Ioachim a Pisis, Laicus, fidelis suae religiosae Professioni, nec non Religionis amator.

1892. SENIS. — R. P. Dominicus ab Apua, egregius et pius Concionator qui Dei amore et honore flagrans et animorum zelo inflammatus se totum in tradendis ubique missionibus apostolicis dedit, et manipulos plurimos in horrea Domini retulit; tandem plenus dierum ac meritorum pientissime quievit in Domino.

DIE PRIMA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1576. SENIS. — R. P. Angelus a Ferraria, Magister Novitiorum, qui illustre apud omnes sibi sanctitatis nomen comparavit, plures aegrotos oratione sanando: annis et meritis onustus, immortali sui memoria relicta, ad caelestia regna migravit.

1666. ITEM. — P. Ignatius a Talla.

1703. PISTORII. — R. P. Antonius a Sorano, Concionator, saepe Guardianus semperque optimus Pater.

1759. ARRETII. — R. P. Albertus a Senis Concionator.

1797. FLORENTIAE. — R. P. Raphael a Vellano, egregius Concionator et pluries Superior; qui sanctam Regulam diligenter observavit et observari fecit.

1838. PRATI. — Fr. Vincentius a Terranova, Laicus, exemplaris Religiosus, charitatis plenus, labori assiduus, nec non orationis studiosissimus.

1865. FLORENTIAE. — P. Ioannes a Pistorio, qui salutem animae tum suae, quum proximorum zelans, exercitio virtutis, praesertim specialis charitatis, qua Christifideles in sacro Tribunali Poenitentiae recipiebat et ad vitam bene moratam hortabatur, plurima merita adeptus est.

1868. PUPPII. — Fr. Clemens ab eodem Loco, Laicus.

1875. LIBURNI. — R. P. Thomas a Pistorio Concionator; vir dictis et factis celeberrimus, qui maximo zelo, summa vigilantia ac prudentia Curionis officium per triginta et septem annos obtinuit, et in commissi sibi gregis salutem multum profecit, in omnibus seipsum praebens exemplum bonorum operum: ut vixit, obiit pientissime et cum lacrymis et magno coetu translatus est ad tumulum.

1883. PISTORII. — R. P. Cherubim ab eadem Civitate, Concionator fervidus et clarus quique etiam multas virtutes cum humilitate consocians, dignus fuit ut amaretur ab omnibus.

DIE SECUNDA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1631. Florentiae. — P. Paulus ab eadem Civitate multum laudabilis Religiosus, ex celebri Familia Vespucci ortus, qui charitatis victima, peste laborantibus assistens, obiit in Domino.

1666. Prati. — Fr. Hieronymus a Senis, Laicus, qui Picturae studuit, sed magis religiosis virtutibus, quibus animam suam expolivit.

1697. Pistorii. — Fr. Dionysius a Florentia, pariter Laicus.

1716. Florentiae. — P. Benedictus a Monte Florum, qui sortitus animam bonam, per semitas virtutum omnibus diebus vitae suae progressus est.

1793. Item. — Fr. Stephanus a Terricula, Laicus, Religiosus bonus et otio adeo inimicus, ut etiam cum senuerit, a labore animum non relaxarit.

1795. Prati. — R. P. Hieronymus a Pistorio, Concionator, admodum exemplaris Sacerdos, qui cum signis verae humilitatis ac pietatis diem obiit supremum.

1807. Cortonae. — Adm. R. P. Aegidius a Seravetia, Concionator, Definitor et Novitiorum Magister, vir omnium genere virtutum excellens, quibus apud omnes ita bonum nomen adeptus est, ut cum fama sanctitatis obierit; nuncio suae mortis, finitimorum populorum magna commotio facta est, qui ipsum velut sanctum in funeribus visitaverunt.

1831. Florentiae. — Fr. Guglielmus a Prato, Laicus, cui insignis erat humilitas, morum innocentia ac animi candor.

1848. Arretii. — Fr. Crispinus ab eadem Civitate, item Laicus, qui in simplicitate cordis et bonitate vitae Domino servivit.

1858. Ponte-Erae. — Fr. Vincentius ab Apua, pariter Laicus.

1902. In Araucania Cilensi. — R. P. Josephus a Foro Cornelii, Concionator, qui jam sacerdotio insignitus nostrum Institutum amplexus est: mox ad Araucaniae Missionem in Cile profectus ferme sexdecim annis strenue adlaboravit in excolenda vinea Domini, fructusque plurimos retulit, usque dum supremum diem obiit aquis fluminis Imperialis obrutus, praemium suorum laborum a Deo recepturus in coelis.

DIE TERTIA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1698. Burgi S. Laurentii. — Fr. Pacificus a Turri, Laicus.
1707. Lucae. — Fr. Riccardus ab eadem Civitate, pariter Laicus.
1720. Florentiae. — P. Petrus-Franciscus ab eadem Urbe, Studens, qui dum sui optimam spem affert, immaturo fato interiit.
1730. Montevarchio. — Fr. Adeodatus a Fighino, Laicus.
1731. Florentiae. — Fr. Martinus a Castrofranco, item Laicus.
1732. Item. — Fr. Mauritius a Florentia, pariter Laicus.
1738. Arretii. — R. P. Octavianus a Puppio, Concionator, qui unus ex primis fuit a quibus nostra Congregatio in Regno Poloniae fundata est, ibique Guardianus renuntiatus.
1753. Lucae. — Fr. Andreas a Colle, Laicus, qui mira suavitate ac simplicitate morum praeditus, a tribus Provinciae Ministris in socium carissimus adscitus est.
1758. Florentiae. — P. Antonius a Seravetia, iuvenis Concionator.
1766. Prati. — R. P. Petrus Franciscus a Florentia, item Concionator.
1787. Lucae. — R. P. Ioseph Mª a Benabbio, Concionator, iam Guardianus et in omnibus commendabilis Religiosus.
1832. Liburni. — Fr. Fidelis a Barbarino, Clericus Studiosus pulchrioribus virutibus ditatus et quamvis iuvenis Coelo tamen maturus.
1835. Florentiae. — R. P. Marius ab eadem Civitate, Concionator doctrina et probitate conspicuus, ipse enim plurimos annos munus Lectoris exercuit, ad ministerium Verbi Dei totum se dedit et, cum divinarum Scripturarum esset studiosissimus ac peritissimus, ipsas magno cum successu et fructu in Cathedrali Ecclesia Liburnensi per annos multos interpretatus est.
1849. Item. — P. Daniel ab Apua, Concionator, bonae ac mitis indolis Iuvenis Sacerdos, qui testimonio rectae conscientiae securus, laetus obdormivit in Domino.
1890. Cortonae. — Fr. Marianus a Vichio, Laicus, iuvenis excellens.

DIE QUARTA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1550. FLORENTIAE. — R. P. Ludovicus ab eadem Civitate, Concionator, ex clara stirpe Filicaia progenitus, cuius piae religionis et tenerrimae devotionis in duobus humilibus sed devotissimis poematibus nobis manet testimonium.

1579. MONTE POLITIANO. — R. P. Clemens a Florentia, Guardianus et Novitiorum Magister.

1627. LIBURNI. — Fr. Salvator a Rovertiano, Laicus, qui inter caeteras virtutes singulari Beatissimae Virginis Mariae devotione eminebat.

1644. PISIS. — Fr. Andreas a Mediolano, pariter Laicus.

1646. SENIS. — P. Aurelius ab eadem Civitate, devotus Sacerdos.

1673. ITEM. — Fr. Albertus a Colle, Laicus bonis ac simplicibus moribus praeditus.

1697. PISIS. — Fr. Ioannes Baptista, pariter Laicus.

1813. MONTE ILCINO. — R. P. Eustachius ab eodem Loco, Concionator.

1823. PRATI. — Adm. R. P. Ioseph Maria a Vernio Bardorum, Concionator, iam Magister Novitiorum, pluries Guardianus et Definitor vir fuit in exercitio virtutum sed praecipue humilitatis, charitatis, devotionis et observantiae assiduus.

1848. FLORENTIAE. — Fr. Ioachim a Prato, Laicus.

1850. MONTEACUTO. — Fr. Stephanus a Vico maiore, pariter Laicus in adimplendis suis promissis fidelissimus, et singulariter paupertatis amator et otii valde inimicus.

DIE QUINTA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1618. FLORENTIAE. — Fr. Benignus a Florentia, ferventissimus Laicus et magna charitate donatus, qui cum esset unus ex primis fundatoribus Provinciae nostrae, centenarius pientissime obiit.

1622. PISIS. — Fr. Pacificus a Perusia, Laicus.

1623. FLORENTIAE. — Fr. Masseus a Perusia, pariter Laicus, multae orationis, humilitatis, austeritatis necnon omnimodae perfectionis vir: ita ut in magna veneratione fuerit apud religiosos et cum fama sanctitatis obierit.

1625. PISTORII. — Fr. Vincentius a Clanciano, item Laicus.

1626. LUCAE. — R. P. Gabriel a Cortona, Concionator, quique pluries Guardianus expertissimus et prudens fuit.

1638. FLORENTIAE. — P. Laurentius ab eadem Civitate.

1223. ITEM. — P. Bonaventura a Cozzili.

1732. IBIDEM. — Fr. Rainerius a Castro Buiti, Laicus, qui in perferendo diuturno et gravi morbo patientiae et divinae voluntati conformationis optimum exemplum reliquit.

1745. LUCAE. — Fr. Dominicus ab Emporio, pariter Laicus.

1749. PONTE-ERAE. — P. Augustinus a Sorano.

1790. FLORENTIAE. — Adm. R. P. Arcangelus a Florentia, qui ob suas animi et mentis egregias dotes postquam officia Lectoris, Concionatoris, Definitoris et Provincialis, magna cum laude exercuerit, tandem repentino morbo ab omnibus lacrymatus interiit.

DIE SEXTA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1629. SENIS. — P. Ioannes Baptista a Prato, Studens.

1633. LIBURNI. — Fr. Damianus a Valle Nebulae, Laicus.

1674. FIGHINI. — Fr. Adeodatus a Bononia, pariter Laicus.

1691. FLORENTIAE. — Fr. Christophanus ab eadem Civitate, etiam Laicus, qui sanctitati vitae ita magnam prudentiam mirumque consilii donum coniunxit, ut amatus et conquisitus ab omnibus, non tantum apud humiles sed etiam apud principes maxima in veneratione esset.

1697. SENIS. — Adm. R. P. Alexander ab eadem Civitate, optimus Concionator, ex nobilissima progenie Bandinelli ortus, qui praedicationis causa Siciliam petens a Turcis in itinere comprehensus, Tuneti per decem et octo menses captivitatem passus est, quique etiam multis virtutibus ditatus, politis ac suavibus moribus praeditus, bis summa cum laude Provinciam est moderatus.

1703. LUCAE. — R. P. Fortunatus a S. Maria ad Montem, bonus Religiosus, qui etiam saepe Guardianus fuit.

1705. MONTE POLITIANO. — Fr. Antonius a Vico Elsae, Laicus devotus, diligens, laboriosus, modestiae et bonitatis plenus.

1706. FLORENTIAE. — Fr. Carolus a Puppio Laicus, pariter devotus et exemplaris.

1742. LUCAE. — R. P. Carolus a Piscia, Concionator bonitate vitae, zelo et assiduitate Verbi Dei ministrandi valde commendabilis.

1768. MONTE VARCHIO. — R. P. Felix a Luca, Concionator, qui maligna influentia grassante, morbo laborantibus assistens, suae charitatis victima obiit.

1812. MUTILI. — Reverendissimus P. Ioseph Maria a Piscia, maximi meriti et doctrinae vir; ipse enim a primis suae religiosae vitae temporibus usque ad finem sive ex Cathedra in instruenda juventute, sive ex Suggestu in Verbo Dei ministrando plurimum et laudabiliter adlaboravit: insuper a S. M. Pii Papae VII. Romam vocatus, magno eloquentiae robore et Evangelica fortitudine aeternas veritates amplissimo Cardinalium caetui in Aula Apostolica per plures annos enunciavit.

1755. FLORENTIAE. — Fr. Angelicus a Mugello Laicus, qui in adimplendis officiis suis extitit fidelissimus.

1869. ITEM. — R. P. Anselmus a Florentia, vir devotissimus, qui ob regularis observantiae amorem dignus fuit, ut a superioribus per plurimos annos confirmaretur Vicarius in Coenobio Montis Hughiorum.

DIE SEPTIMA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1586. Senis. — P. Augustinus a Monte Politiano.
1723. Pistorii. — R. P. Antonius Felix ab eadem Civitate, Concionator, ex nobili stirpe Sozzifantorum progenitus, qui egregiis dotibus ac virtutibus ornatus sancto fine quievit.
1742. Massae. — R. P. Antonius a Casulis, Concionator, pluries Guardianus semperque probatissimus Religiosus.
1766. Florentiae. — R. P. Matthaeus a Florentia, Concionator.
1768. Ponte-Erae. — Fr. Victorius a Liburno, Laicus.
1813. Sancti Quirici. — Fr. Pius ab eodem Loco, pariter Laicus.
1829. Florentiae. — Fr. Petrus a Sancto Domnino, etiam Laicus, irreprehensis moribus Religiosus.
1841. Monte Politiano. — Fr. Paulus ab eadem Civitate, Clericus.
1884. Prati. — Adm. R. P. Iustinus a Monte Varchio Concionator, Guardianus et ex Definitor, de quo dici potest plenos vixisse dies et ex toto ad incrementum et bonum Provinciae ordinatos ; quum indefessa sollicitudine per annos plurimos munere optimi Novitiorum Magistri functus fuerit, quos vero spiritu seraphico imbuit.
1889. Florentiae. — Fr. Angelus ab Apua, Laicus, praecipuis charismatibus et singulari charitate nec non simplicitate donatus, cum omnibus pacis adservandae studiosus et in exequendis Superiorum mandatis fidelissimus.

DIE OCTAVA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1649. Florentiae. — Fr. Constantius a Monte Varchio, Laicus, in aegrotis curandis valde peritus et mirae bonitatis et perfectionis Religiosus.

1723. Burgi S. Laurentii. — R. P. Ignatius a Strata, assiduus et fervidus Concionator.

1730. Florentiae. — R. P. Felix ab eadem Civitate, Concionator, qui vix hoc munere accepto, pluribus morbis corripitur, quibus probatus brevi cursum consumavit pientissime.

1739. Monte S. Sabini. — Fr. Franciscus a Peretula, Laicus, vir probus et artem salutarem optime callens, quam omni charitate in nostris valentudinariis diu exercuit.

1773. Florentiae. — R. P. Augustinus a Nicea, Concionator, ex Marchionibus Alli-Maccarani oriundus; qui summa virtute praeditus, singulari patientia et Divinae Voluntati conformatione ita excelluit, ut diros ac diuturnos morbos semper aequo animo tulerit, cupiens magis ac magis pati ne orbaretur gloria ad quam, tanquam aurum in fornace probatus, pie creditur advolasse.

1778. Item. — R. P. Casimirus a Florentia, Concionator, regularis observantiae et recessus amator.

1789. Item. — Fr. Lucas a Montevarchio Laicus, angelicis moribus, qui etiam singulari veneratione Sacerdotes prosequebatur et simul obedientiae et laboris amantissimus fuit.

1790. Item. — R. P. Iacobus a Gabiniana, Concionator et jam Guardianus qui, dum esset Religiosus bonus, mitis, officiosus et zelo animarum plenus, audiendis Christi Fidelium confessionibus totum se dedit.

1816. Item. — Fr. Adeodatus a Gavilla, Laicus, Magister lanificii expertissimus, sed quod magis refert, optimus Religiosus.

1879. Ibidem. — R. P. Antonius M.ª a Gabiniana, Concionator et Guardianus, exemplaris et zelantissimus Pater, qui decorem Ordinis valde amans, regulas et consuetudines assidue curavit observandas.

1892. Senis. — Fr. Caietanus a Fighino, Laicus, qui serviens Domino in laetitia ipsi vota sua fidelis reddidit.

DIE NONA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1658. Luçae. — P. Timotheus a Corsagna.

1680. Pistorii. — Fr. Andreas a Fibiana, Laicus, Religiosus bonus et laboriosus.

1693. Pisis. — Fr. Michaelangelus a Calci, pariter Laicus, vir in observandis regulis, in sui ipsius contemptu, in orationibus multis bene exercitatus.

1715. Florentiae. — Adm. R. P. Donatus Felix ab Arretio, Concionator et Provincialis Minister vir nobilitate generis clarus, quippe qui in saeculo Eques Albergotti appellabatur, sed magis virtute et doctrina insignis in Religione evasit; singulari fervore et magna donorum vi et efficacia ministerium Verbi Dei et munus Lectoris etiam exercuit.

1715. Senis. — R. P. Petrus-Paulus ab eadem Urbe, Concionator et Lector, ex nobilissima stirpe Comitum Iliciorum natus; qui erga infirmos singulari charitatis praerogativa donatus et mira patientia in substinendo diuturno et gravi morbo praeditus fuit.

1750. Arretii. — Fr. Iuniperus a Lugano, Laicus, Religiosus munerum suorum satagens et praecipuis virtutibus ornatus.

1767. Burgi S. Laurentii. — Adm. R. P. Philippus a Neapoli ex Ducibus Moles; qui iam Vicarius abbatialis ex Ordine Cistercense ad nostrum humilem Institutum advolans, nobilitate generis, virtute et doctrina decoravit; ipse enim magno animi ardore ad Praedicationis munus totum se dedit, quo obeundo tam celebris evasit ut non solum praecipuae Italiae Urbes eum auditurae poposcerint; sed ipse Imperator per totam quadragesimam voluerit concionantem in Palatino Sacello. Plenus meritis diem suum obiit.

1767. Pistorii. — Fr. Iacobus ab eadem Civitate, Laicus.

1830. Florentiae. — Fr. Bernardus a Prato, pariter Laicus, perfectae obedientiae vir, severae mortificationi deditus, terrenis rebus prorsus alienus, uno verbo Seraphici Patris verus Filius.

1842. Item. — Fr. Ioannes a Florentia, Laicus, bonitate vitae et austeritate praeditus nec non eximia erga proximos charitate singularis.

DIE DECIMA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1637. PECCIOLI. — R. P. Franciscus a Montevarchio, Guardianus Coenobii Labronensis, qui Praedicationis causa ibi degens, morte corripitur.

1672. FLORENTIAE. — Fr. Benedictus a Pistorio, Laicus.

1707. ITEM. — Fr. Philippus a Palatiolo, pariter Laicus, qui charitatis exercitio erga infirmos vitae austerae ac devotae rigores adiunxit, verbi Dei, et orationis valde cupidus.

1718. LIBURNI. — Fr. Gregorius a Colle, pariter Laicus.

1732. Arretii. — Fr. Gervasius a Palaria, item Laicus.

1781. LIBURNI. — R. P. Stanislaus M.[a] ab eadem Civitate, Concionator; qui iam Ecclesiae Cathedrali Canonicus, maioris perfectionis desiderio ductus nostrum Institutum ingressus est nos docens, quoad vixit, fundamentum sanctitatis, humilitatem.

1810. SENIS. — P. Franciscus a Sancto Geminiano, exemplaris Religiosus et ob sanctam conversationem omnibus carus.

1816. PISIS. — R. P. Peregrinus a Vernio, Concionator, Guardianus et Lector emeritus; qui cum se praebuisset in omnibus optimum Religiosum, temporum angustiis, Religioni et Ordini addictissimum ipse se ostendit.

1817. ITEM. — P. Felix a Seravetia; qui alienus ab omnibus praeminentiis, in humilitate, silentio et observandis promissis Domino fideliter servivit.

1820. FLORENTIAE. — Fr. Crispinus a Fibiana, exemplaris et laboriosus Laicus.

1823. ARRETII. — Fr. Philippus a Vernio, Laicus pariter bonus ac devotus.

1838. FLORENTIAE. — Fr. Marcus a Burgo ad Boyanum, pariter Laicus, Voluntati Dei valde conformatus necnon tenerrima erga B.[m] Virginem devotione donatus.

1839. ITEM. — Fr. Augustinus a Quinto, pariter Laicus, bonis et exemplaribus moribus praeditus.

1852. IBIDEM. — Fr. Eusebius a Montevarchio, etiam Laicus, bonus et in suis muneribus obeundis fidelis.

1857. SENIS. — Fr. Barnabas a Castrofranco Superiore, item Laicus, devotus et exemplaris.

DIE UNDECIMA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1582. FLORENTIAE. — P. Bernardinus a Monte Varchio, Concionator.
1586. ITEM. — Fr. Callistus a Florentia, Laicus.
1560. ARRETII. — Fr. Antonius a Cortona, Clericus.
1668. PISIS. — Adm. R. P. Philippus a Florentia, qui praedivitis familiae suae spretis facultatibus, evangelicam paupertatem complexus plenus charitate et prudentia aliisque donis provinciam nostram decoravit; nam fuit egregius Concionator, emeritus Lector, Guardianus, Definitor et Provincialis vigilantissimus.
1698. ITEM. — Fr. Nicolaus a Seravetia, Laicus.
1698. FLORENTIAE. — Fr. Zanobius ab eadem Civitate, pariter Laicus.
1744. SENIS. — R. P. Clemens a Volaterris, Concionator egregius, saepe Superior, aetate ac virtute honorabilis.
1746. SANCTI CASSIANI DE FLORENTIA. — Admod. R. P. Philippus M.ª a Luca, Definitor: qui saeculo valedicens nobilitatem sanguinis (erat enim ex Familia Ottolinorum) et Abbatialem dignitatem sprevit: per annos plurimos in Praedicationis officio laudabiliter se exercuit et ob egregias animi dotes a saecularibus et ecclesiasticis viris in honore habitus est: tandem in summa pace et senectute bona quievit.
1766. FLORENTIAE. — P. Octavianus a Puppio.
1865. ITEM. — R. P. Adeodatus a Florentia, Concionator fervidus, et multis virtutibus et devotione praeditus.

DEFUNCTI SUNT

1584. FLORENTIAE. — Fr. Onufrius a Pistorio, Laicus, vir omni memoria dignus, qui totam vitam perfectis virtutum exemplis exornavit; in obedientia, in paupertate, in humilitate, in charitate, in orationis spiritu singulariter eluxit et cum ante Crucifixi imaginem oraret, in extasim rapi visus est. Ante obitum, Domini aspectu dignatus piam dormitionem accepit.

1644. MONTE S. SABINI. — P. Zacharia a Controne.

1666. SENIS. — Fr. Sebastianus a Volaterris, Laicus.

1691. FLORENTIAE. — R. P. Augustinus ab eadem Civitate, Concionator, saepe etiam Guardianus semperque integerrimus.

1691. FIGHINI. — R. P. Thomas ab Arretio, ex clara familia Gozzari ortus. Concionator expolitus, fratribus acceptus et saepe Guardianus observantissimus.

1702. FLORENTIAE. — R. P. Ioseph M.a ab eadem Civitate, Concionator et pariter ex clara stirpe Balducciorum natus qui in religione piissime et a consortio saeculi segregatus vixit, summa diligentia inania verba et murmurationes devitans.

1746. MONTE POLITIANO. — Fr. Paulus a Vitriano, Laicus, Religiosus summe fidelis, exemplaris, optimus.

1747. ITEM. — Fr. Felix a Sancto Cassiano Florentino, pariter Laicus.

1768. FLORENTIAE. — R. P. Bernardinus a Castro Franco Superiori, Concionator.

1812. MONTE ILCINO. — P. Eustachius ab eadem civitate, qui in domo paterna tempore dispersionis occubuit.

1817. APUAE. — P. Martinus ab Apua qui tam in rebus prosperis, quam in adversis magnam animi prompti et hilaris uniformitatem servavit.

1863. SENIS. — Fr. Felix a Castula, Laicus, humilis, obediens, charitati et devotioni compositus, laboriosus et navus.

1889. FLORENTIAE. — Fr. Ioachim a Prato pariter Laicus, bonis virtutibus exornatus.

DIE DECIMATERTIA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1601. SARTEANI. — P. Vincentius a Pistorio, qui ex nobilissima progenie Panciaticorum fuisse fertur.
1607. MEDIOLANI. — Fr. Aegidius ab eadem Civitate, pariter Laicus.
1610. ARCIDOSSI. — Fr. Michael a Mutina, Clericus.
1614. SENIS. — Fr. Ioannes Baptista a Pistorio, Clericus.
1645. SENIS. — Fr. Ioannes Baptista a Liciniano, Laicus, vir admodum devotus et exemplaris: idcirco ad imitationem tironibus ac provectioribus propositus.
1652. VOLATERRIS. — P. Michaelangelus ab eadem Civitate.
1715. MONTE SANCTI SABINI. — P. Angelus a Radiolo vir pius, mitis, et recessus amator.
1720. SANCTI CASSIANI DE FLORENTIA. — R. P. Ioseph M.[a] a Scarparia qui semper laudabilem et religiosam duxit vitam et saepe etiam Guardiani munus obivit.
1847. FLORENTIAE. — R. P. Seraphim a Podio Cajano, Guardianus, qui ingenua sinceritate, suavitate morum, omnium in se captivavit animos, sed praecipue subditorum suorum.
1897. MONTEVARCHIO. — Fr. Crispinus a Castula, Laicus, Valetudinarii Arretini Coenobii custos, charitatis plenus et laboris studiosus, quarum virtutum sive in Provincia sive in Agrensi Missione optimum dedit specimen.
1899. PISIS. — R. P. Ioachim a Seravetia, Concionator.

DIE DECIMAQUARTA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1612. Sancti Quirici. — P. Victorius a Dama in agro Clusentino.
1613. Senis. — Fr. Miniates Laicus.
1631. Liburni. — Fr. Salvator a Monteilcino, item Laicus.
1646. Senis. — P. Ioannes ab eadem Civitate, ex nobilissima Columbinorum familia ortus; qui exercitio humilitatis et omnimodae virtuti totum se addixit in claustro, dum in saeculo praefectus Classis equestris Ordinis melitensis tot praeclaris gestis emicuit.
1719. Romae. — Eminentissimus ac Reverendissimus Dominus Pater Franciscus. M.ª Casinius ab Arretio, qui quum in Hetruria, usque ad provincialatus officium munia honorificentiora optime explevisset; in Procuratorem et Definitorem Generalem adscitus, proinde Concionator Apostolicus renuntiatus tandem a Clemente XI. inter S. R. E. Cardinales cooptatus est.
1743. Sancti Geminiani. — Fr. Salvator a Campilia, Laicus.
1762. Lucae. — P. Antonius a Corelia.
1762. Florentiae. — P. Franciscus M.ª a Turriculo bonus et venerabilis senex.
1805. Angolae. — R. P. Filippus a Florentia, in regno Congi zelantissimus Missionarius Apostolicus, qui salutis animarum desiderio flagrans, Congregatione Oratorii Florentini relicta et nostram amplexatus, charitatis victima occubuit.
1829. Arretii. — R. P. Aloysius ab eadem Civitate, Concionator fervidus et saepe etiam Superior optimus, qui bonum suae religiosae vitae odorem reliquit.

DIE DECIMAQUINTA FEBRUARII.

DEFUNCTI SUNT

1654. Senis. — Fr. Felix a Papia, Laicus.

1671. In Regno Congi. — R. P. Philippus a Senis Concionator et Missionarius Apostolicus: qui si in saeculo nobilitate generis utpote e Venturinorum familia oriundus claruit, religionis zelo et apostolicis gestis non minus emicuit; nam flagranti salutis animarum desiderio ductus innumerabiles in illa Missione sacro baptismi lavacro regeneratos in Christo, sanctis operibus et suipsius spiritus fervore ita aedificavit, ut etiam ab incolis paganis Sancti nomine appellaretur.

1715. Pistorii. — Fr. Dominicus a Sancto Cassiano de Balneis, Laicus, vir fidelis, bonitate et suavitate morum multum laudabilis.

1717. Florentiae. — P. Bonaventura ab Ama.

1725. Senis. — R. P. Antonius Felix ab eadem Urbe, qui nobilis Familiae Placidi spreto genere, Crucis humilitatem amplexus est, et quibus pollebat dotes quum Predicatoris et Lectoris muneri impenderet immaturo fato de vita eripitur.

1778. Florentiae. — Fr. Angelus ab Amidea, Laicus.

1851. Arretii. — P. Philippus a Cortona, qui dum studiis vacat et ob egregias animi dotes optimam spem affert diro morbo perimitur.

1852. Peccioli. — Fr. Benedictus a Marcialla, Laicus.

1865. Florentiae. — Fr. Stephanus a Signa, pariter Laicus, Religiosus nunquam parcens labori et virtute praestans.

1866. Arretii. — R. P. Cyprianus ab Emporio exemplaris Sacerdos, qui paupertatem summopere dilexit.

1869. Florentiae. — P. Hilarius ab eadem Civitate, qui diebus ac meritis plenus obiit.

1885. Arretii. — P. Placidus a Castula iuvenis Sacerdos; qui vere placidis moribus et vitae integritate praeditus necnon tenerrima in Beatissimam Virginem devotione flagrans, piissime obiit in Domino.

1893. Florentiae. — R. P. Aurelius a Prato, Concionator et Guardianus semel, qui in iuventute bonam spem sui ingenii afferebat, sed quadam alienatione mentis captus unice postea incubuit in sui ipsius sanctificationem, multarum virtutum et regularis observantiae exercitio.

DIE DECIMASEXTA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1631. Florentiae. — Fr. Ioannes a Liciniano, Laicus.

1679. Senis. — P. Victorius a Sancto Quirico, qui iam Sacerdos in saeculo, maioris perfectionis spiritu ductus Religionem petiit.

1759. Lucae. — R. P. Zanobius ab eadem Urbe, saepe Guardianus.

1769. Peccioli. — R. P. Angelus M.ª a Volaterris, Concionator ex familia nobili Ricciarelli genitus, qui etiam Missionarii Apostolici expleto munere et in patriam reversus, urgente charitate, in audiendis Christi Fidelium confessionibus fuit indefessus.

1816. Liburni. — Adm. R. P. Aloysius ab eadem Civitate, qui summa pietate et doctrina insignitus muneribus Lectoris, Definitoris et praecipue Concionatoris aptissime functus est: Iansenii haeretica peste per Hetruriam grassante, catholicae doctrinae puritatem opportunis libellis vindicavit, qua de re exilio damnatus sed postea reversus, tandem octogenarius pie decessit.

1840. Florentiae. — Fr. Iustus a Prato, Laicus, qui optimis meritis cumulatus carus Deo et hominibus, est in sepulcro compositus.

1849. Colle. — Fr. Fidelis ab Uzzano, pariter Laicus.

1859. Smirnae. — Fr. Aemilianus a Calcinaria etiam Laicus: qui seraphico spiritu imbutus, in magnis periculis constitutis opem tulit et quum bonis operibus Missioni et Missionariis serviisset, excessit e vita.

1891. Pisis. — R. P. Augustinus a Seravetia, Concionator et ex Lector, vir omnibus diebus vitae suae Ordinis et Religionis studiosus.

DIE DECIMASEPTIMA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1619. Cortonae. — Adm. R. P. Ioannes Baptista a Castellione sanctitate vitae insignis, saepe Guardianus et per annos plurimos Magister Novitiorum ac Definitor.

1653. Emporii. — Fr. Iuniperus a Civitella, Laicus, qui tempore pestis ultro se obtulit charitatis victimam in adiuvandis infirmis, quibus praestitas misericordias credimus ei obtinuisse gloriam in coelis aeternam.

1682. Pistorii. — P. Iacobus a Senis, in saeculo nobilis Simoni dictus, in religione praenobilis bonitate.

1683. Senis. — R. P. Angelicus ab eadem Civitate, vir simplex et rectus et olim Guardianus.

1687. Item. — Fr. Monaldus a Sancto Sabino, Laicus, ob suos religiosos mores imitandus.

1735. Ibidem. — R. P. Franciscus a Palaria, qui propter vitae exemplaritatem et morum integritatem pluries Guardianus fuit.

1743. Ponte Aere. — Fr. Nicolaus ab Emporio, Laicus Religiosus fidelis qui honorate et exemplariter vixit.

1763. Arretii. — R. P. Franciscus ab eadem Urbe, Concionator, Lector et saepe Guardianus.

1808. Volaterris. — Fr. Seraphim a Sancto Geminiano, Laicus bonus et prudens.

1817. Florentiae. — Fr. Bernardus a Pistorio, Laicus satis longaevus, bonitate vitae commendabilis.

1824. Arretii. — R. P. Thomas ab eadem Civitate, validus, et zelo praeditus Concionator, persaepe Guardianus regularis disciplinae curator et semper Religiosus talis, qui a studio sapientiae et scientiae Dei nunquam destiterit.

DIE DECIMAOCTAVA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1590. CORTONAE. — R. P. Timotheus a Senis, Magister Novitiorum, qui praeclaris virtutum exemplis multos Religionis nostrae alumnos ad iustitiam erudivit et in morte, Beatissimae Virginis Mariae apparitione recreatus est.
1621. FLORENTIAE. — Fr. Daniel a Petroio, Laicus.
1625. MASSAE. — R. P. Caelestinus a Senis, pluries Guardianus.
1628. FLORENTIAE. — P. Alexius a Pistorio ex nobili Tanorum stirpe oriundus.
1644. MONTE SANCTI SABINI. — Fr. Onufrius a Pistorio, Laicus.
1647. ITEM. — Fr. Felix a Castula pariter Laicus, qui ut Civitatis Quaestuator sanctitate vitae per annos plurimos omnibus civium ordinibus praebuit documenta virtutum.
1670. LUCAE. — Fr. Franciscus a Peretula, Laicus, regularis observantiae cultor et in cura aegrotorum, quos summa charitate tractabat, valde peritus.
1789. FLORENTIAE. — Fr. Petrus a Ripoli, Laicus, bonus Frater, paupertatis amator et usque ad senectutem labori intentus.
1814. PISIS. — P. Vincentius a Russiniano qui Hospitalis adsistentiae addictus, moribundi confessionem audiens contagionem ipse contraxit et lacrymatus ab omnibus pie obiit.
1858. ARRETII. — P. Paulus a Luca, iam in saeculo Sacerdos: vir fuit simplex et rectus, omnium virtutum cultor, sed praecipue charitatis et orationis.

DIE DECIMANONA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1609. Colle. — Fr. Bonaventura a Senis, Clericus ex nobili familia De Vecchi natus.

1632. Senis. — R. P. Petrus a Sinalonga, Concionator.

1636. Sarteani. — Fr. Guidus a Castula, Laicus.

1652. Volaterris. — R. P. Octavianus a Volaterris, Guardianus, admodum aextimabilis tum bonitate tum animi sinceritate.

1733. Burgi S. Laurentii. — P. Bernardus a Cutiliano.

1743. Peccioli. — P. Felix a Pistorio, bono exemplo excellens Religiosus.

1802. Liciniani. — Fr. Franciscus ab Arretio, Laicus devotus et charitatis plenus.

1858. Liburni. — Fr. Paulinus a Villabasilica, Laicus, qui Deo et Religioni fideliter servivit et in senectute sua ferventiori spiritu ad obitum se disposuit.

1889. Florentiae. — Fr. Nicolaus ab Apua, pariter Laicus, bonus et operosus et tali charitate donatus qui totum se omnibus praebuerit in adiutorium.

1890. Ibidem. — Fr. Prosperus a Prato, item Laicus, qui assidue et fideliter officiis suis satisfaciens nunquam devotionis et orationis spiritum praetermisit, quo factum est ut videntibus pietatem afferret.

1901. Pisis. — Fr. Valentinus ab eodem Loco, Laicus obediens, Sacerdotum observantissimus, labori et orationi deditus.

DIE VIGESIMA FEBRUARI

DEFUNCTI SUNT

1607. FLORENTIAE. — P. Sebastianus a Monte Politiano.
1608. CASTULAE. — Fr. Mauritius a Pistorio, Laicus.
1610. SENIS. — Fr. Placidus a Colle, item Laicus.
1730. LUCAE. — Fr. Franciscus a Montenioso, Clericus qui ob defectum mentis a receptione ordinum impeditus, servitio Chori et manualibus officiis fideliter vacavit.
1735. FLORENTIAE. — Fr. Simeon a Castellione, Laicus, qui ad ultimam usque senectutem vere religiosam vitam degens omnibus aedificationi fuit.
1737. PUPPII. — Fr. Andreas ab Ambrosiana et ipse Laicus, Religiosus bonus et ob integros mores honorabilis.
1825. ITEM. — Fr. Humilis a Focechio Laicus, qui religionis spiritu imbutus, vix e tirocinio egressus, bene conformatus placidissime obiit.
1848. ARRETII. — R. P. Aloysius a Prato, celebris Concionator.
1849. FLORENTIAE. — Fr. Ioachim a Gabiniana, Laicus.

DIE VIGESIMAPRIMA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1597. Cortonae. — P. Ioannes Baptista a Florentia.
1604. Monte Politiano. — Fr. Antonius a Pisis, Clericus ex nobili familia Arrighetti natus.
1688. Arretii. — R. P. Donatus ab eadem Civitate ex nobilissima progenie Albergotti ortus: ipse ferventiori spiritu praedicationi verbi Dei sedulam navavit operam, observantissimus Superior saepe fuit: tandem pie obiit in Domino.
1713. Florentiae. — Fr. Benedictus ab Incisa, Laicus, magno spiritu et mortificatione Religiosus.
1725. Item. — P. Ioannes Baptista ab Emporio, honorabilis Sacerdos.
1745. Lucae. — R. P. Franciscus a Sorano, Concionator admodum efficax et semel Guardianus.
1817. Senis. — Fr. Christophorus ab eadem urbe, Laicus, qui vitam egit optimam et licet senio confectus, obiit tamen adhuc desideratus.
1823. Lucae. — Admod: R. P. Archangelus ab eadem urbe, Concionator et ex Definitor omni virtute et doctrina repletus.
1845. Emporii. — Fr. Seraphim a Pistorio, Laicus.
1850. Florentiae. — P. Angelicus ab eadem Civitate, qui lento sed inesorabili morbo correptus, divinae voluntati bene conformatus, immaturus raptus est ad tumulum.
1892. Item. — Fr. Ioannes a Septimo, Laicus.

DIE VIGESIMASECUNDA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1647. Florentiae. — Adm. R. P. Ioannes Baptista a Sexto Florentino, Còncionator, Lector et bis Provincialis Minister: vir fuit pietate doctrina, vigilantia spectatissimus.

1676. Senis. — P. Ioannes Baptista ab eadem Civitate, ortus ex nobili familia Placidi.

1696. Florentiae. — Fr. Costantinus a S. Donato in Podio, Laicus, qui exemplarem et religiosam vitam ducens, bonum sui ipsius nomen, et ordinis decorem semper quaesivit.

1735. Item. — Fr. Dominicus de Pònte ad Sevium, pariter Laicus, exemplaris et religiosi silentii custos.

1795. Ibidem. — R. P. Seraphim a Fighino, Concionator, devotus Pater et multam charitatem erga infirmos exercens, qui proximae et subitae sui ipsius resolutionis quasi conscius, ferventiori devotionis spiritu ad finem suam optime se disposuit.

1795. Apuae. — P. Dominicus ab Apua qui prae charitate coeterisque virtutibus fuit dilectus Deo et hominibus.

1798. Florentiae. — Fr. Laurentius a Peretula, Laicus, qui sive in Provincia, sive in exteris Missionibus bonum, humilem et simplicem se ostendit.

1813. Pistorii. — Fr. Rufinus a Pistorio, Laicus.

1841. Arcidossi. — Fr. Paulus a Castellina, pariter Laicus.

1849. Florentiae. — Fr. Andreas a Biblena, etiam Laicus et quidem exemplaris et optimus.

1880. Pisis. — Adm. R. P. Romulus a Pistorio; vere singularis meriti Religiosus: nam sive operibus, sive verbis, sive scriptis non mediocri doctrina ornatum se ostendit. Munia eloquentis et expoliti Concionatoris, Lectoris etiam in Generali Studio, Definitoris et Guardiani bona cum laude obivit, contra invadentes Protestantium sectas eruditis opellis optime contendit et insuper suavitate et modestia morum, pia et religiosa vita omnes in se animos devinxit.

1900. Item. — P. Raphael a Castro Plani, adhuc studens, devotus et pius.

1900. Arretii. — Fr. Ioseph a S. Cassiano, qui fabri lignarii arte pollens, laboris et pietatis diligens, in senectute bona quievit.

DIE VIGESIMATERTIA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1658. Arretii. — P. Bernardinus de Plebe ad Fosinam.
1670. Florentiae. — R. P. Ubaldus a Florentia, Guardianus, religiosae observantiae zelator, orationi assiduus et charitatis plenus.
1676. Lucae. — Fr. Arcangelus a Liburno, Clericus.
1707. Florentiae. — R. P. Honorius a Trasilico, Concionator, bonus et amabilis Pater, et pluries Guardianus: invictae patientiae exemplum in gravi infirmitate toleranda imitandum reliquit.
1729. Monte S. Sabini. — R. P. Vincentius a Seravetia, Concionator.
1740. Florentiae. — Fr. Archangelus ab eadem Civitate, Laicus, qui dictis et factis optimum se praebuit Religiosum exemplaribus virtutibus ornatum.
1778, Item. — R. P. Michaelangelus a Florentia, vir experientia et non paucis donis praeditus, egregius Concionator, Guardianus et Provinciae Cronista.
1871. Ibidem. — R. P. Raphael a Florentia, Concionator devotus et fidelis, qui, multis licet curis confectus, religiosam animi applicationem semper invenit.
1871. Burgi S. Laurentii. — Fr. Georgius a Senis, Laicus, officiorum suorum satagens et laeto ac honesto convictu omnibus carus.
1886. Biturgiae. — Fr. Ioseph a Tobiana, Laicus, laboriosus, intemeratis moribus, evangelica simplicitate nec non erga B.m Virginem Mariam tenerrima devotione praeditus.
1890. Florentiae. — R. P. Timotheus ab eadem Civitate, Concionator et Provincialis a Secretis: hic optimus Pater de Provincia summe benemeritus est; nam opere et consilio nec non summa sollicitudine in conservationem, incrementum et decorem illius valide intendit.
1898. Florentiae. — Fr. Felix a Prato, Laicus labori et devotioni intentus.

DIE VIGESIMAQUARTA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1677. Lucae. — Fr. Ioannes a Serripoli, Laicus, bonitate vitae et candore animi vere admirabilis.
1678. Turriculi. — Adm. R. P. Laurentius a Luca ex nobili genere Vannini ortus, Vir egregius, scientia et prudentia praeditus. Munus Lectoris, Guardiani et Definitoris obtinuit: at summam adeptus est laudem multis Italiae Urbibus evangelium praedicando: dum de Morte sermonem habet morte corripitur.
1713. Lucae. — R. P. Seraphim a Campilia, Concionator et saepe Guardianus, cuius vita in terris irreprehensibilis meruit aeternam in coelis.
1714. Liburni. — Fr. Aegidius a Turriculo, Laicus, bonus et laboriosus.
1724. Florentiae. — Fr. Paulus a Sancta Maria in Podio, item Laicus.
1733. Senis. — R. P. Andreas ab eadem Civitate, Concionator, qui spreta Familiae suae Borgognini nobilitate et Religiosus effectus, colendo charitatem, regularem observantiam custodiendo, exemplaris Religiosus factus est et optimus Superior.
1742. Florentiae. — R. P. Hyacinthus a Cortona Concionator, exemplaris et pluries Guardianus.
1759. Item. — R. P. Bonaventura a Florentia, Concionator et iam Guardianus: qui praeter alias virtutes, firmam fidem tenens peculiaria dona non semel a Deo assequutus est.
1772. Peccioli. — R. P. Bartholomaeus a Pisis, Guardianus.
1838. Florentiae. — Fr. Ioannes Petrus a Castellina, bonus Laicus.
1845. Pisis. — P. Ioannes Angelus ab Apua, mansuetus, simplex, optimus.
1874. Sancto Miniate. — Adm. R. P. Stanislaus a Fivizzano, Concionator, ex Lector, Definitor et bis Provincialis Minister: vir fuit operosus, observantissimus zelo et prudentia, bono et decori Religionis promovendo intentus, cujus memoria in benedictione est.

DIE VIGESIMAQUINTA FEBRUARII

DEFUNCT SUNT

1585. SENIS. — R. P. Augustinus a Liciniano, Concionator, qui cum perpetuam virginitatem et multis virtutibus auctam coluisset, in morte amicos sibi angelos cernens coronam virginibus paratam adeptus est.

1639. ITEM. — Fr. Ioannes Baptista a Belforte, Laicus, qui tempore pestis aegrotantibus inserviens insigne suae charitatis exemplum reliquit.

1663. LUCAE. — P. Franciscus ab eadem Urbe.

1684. FLORENTIAE. — Fr. Aloysius ab eadem Civitate, Laicus, pius et devotus jnvenis.

1709. ARRETII. — Adm. R. P. Michael Angelus a Castula, Concionator, Guardianus et Definitor, quique ob virtutis ac doctrinae merita etiam Lector et Provincialis fuit.

1711. MASSAE. — R. P. Dionysius a Massa Ducali, Concionator et pluries Guardianus; qui, relicta Belattorum nobilitate, et humilitate Christi amplexata, acri morbo correptus in patientiae exercitio diu perseverans obiit pientissime.

1715. FLORENTIAE. — P. Antonius Franciscus ab eadem Civitate.

1754. PISIS. — Fr. Bernardinus a Cassina, Laicus.

1755. FLORENTIAE. — R. P. Vincentius a Florentia, Concionator.

1854. ITEM. -- Reverendissimus P. Nazarius a Prato qui praeclaris dotibus ornatus et facili ingenio munitus, Lectoris, Guardiani et Definitoris munia optime obivit: at maiores sibi in praedicationis ministerio acquisivisset laudes, nisi, quodam casu dimissus fuisset ab officio Concionatoris Apostolici ad quod renuntiatus fuerat.

1862. CASTULAE. — R. P. Zanobius a Florentia, egregius et fervidus Concionator, exemplari vita et multis ingenii dotibus praeditus.

DIE VIGESIMASEXTA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1645. MONTE ILCINO. — P. Silvester a Chiphento.

1652. SENIS. — Adm. R. P. Vincentius a Colle, Concionator, qui in saeculo arte medica clarus, etiam in Religione expertissimus evasit in arte se ipsum et alios gubernandi austeritate vitae, prudentia, scientia et charitate: nam fuit Magister Novitiorum, Guardianus, Definitor et Generalis Custos.

1689. LUCAE. — P. Innocentius a Pisis.

1701. FLORENTIAE. — P. Simplicianus ab eadem Civitate, qui, relicta nobili familia Uguccionum ex qua erat progenitus et singulari spiritu humilitatis ductus nihil aliud in mente habuit quam omnimoda virtute se ditare, vitam degens absconditam cum Christo in Deo.

1711. SENIS. — R. P. Marianus a Castro novo Berardingae, Concionator, Provincialis a Secretis et pluries Guardianus; quibus muneribus multa idoneitate et bonitate satisfecit.

1723. EMPORII. — R. P. Bernardinus a Barga, Guardianus et Praedicator egregius.

1767. PISTORII. — R. P. Aloysius a Cirelio Concionator et ex Guardianus.

1779. FLORENTIAE. — R. P. Fidelis ab eadem Civitate, qui integritati morum ab infantia custoditae plurimas virtutes adiunxit et Guardiani munere fungens observantiae regularis rigores summa charitate temperavit.

1792. ITEM. — Fr. Philippus a Pergine, Laicus, laboriosus et singulari religiosa praeditus perfectione.

1820. ARRETII. — Fr. Laurentius a Marciano, pariter Laicus, qui ob irreprehensibilis vitae tenorem, optimam sui memoriam reliquit.

1843. SANTO MINIATE. — Fr. Remigius a Mutilo, item Laicus, pari vitae exemplaritate ac devotione ornatus et peculiariter obedientiae studiosus.

1842. FLORENTIAE. — R. P. Basilius ab eadem Civitate, Concionator et pluries Guardianus observantiae custos et pacis amator, devotus, suavitate morum omnibus carus.

1864. SENIS. — Fr. Laurentius a Montepolitiano, Laicus, vir bonus et usque ad mortem in regulari disciplina observanda assiduus et constans.

1900. ITEM. — Fr. Pius a Pientia, Laicus, qui signa gnomonica non uno loco reliquit, plenusque dierum et meritorum obdormivit in Domino.

DIE VIGESIMASEPTIMA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1580. Florentiae. — P. Simon de Ponte ad Sevium, qui doemonis insidias humilitate et oratione superavit, regularique observantiae insistens coeleste regnum adeptus est.

1622. Senis. — R. P. Franciscus a Pistorio, pluries Guardianus, talis exemplaritatis et austeritatis vir, ut per annos duos et viginti in pane et aqua vitam duxerit.

1623. In Sardinia. — R. P. Benedictus a Barga, Guardianus.

1661. Senis. — Fr. Antonius a Prato, Laicus, qui contractus membris diu ac patienter hoc sustinuit impedimentum.

1699. Cortonae. — Fr. Ioannes Dominicus a Sorana, Clericus.

1802. Pisis. — Fr. Ioannes Baptista a Pecciolo, Laicus, cui in vita sicut non defecit virtus boni Religiosi, ita et in morte verae praedestinationis signa non defuerunt.

1804. Senis. — Fr. Hugo a Volaterris, pariter Laicus.

1831. Florentiae. — Fr. Ioannes M.ª a Monte Varchio, item Laicus virtutibus clarus et omni laude dignus.

1846. Item. — Fr. Antonius a Dicumano, Laicus non mediocri virtute et praesertim prudens in loquendo et orationis maxime studiosus.

1853. Apuae. — Fr. Angelus ab Apua, item Laicus bonus et exemplaris necnon erga pauperes singulari charitatis praerogativa donatus.

DIE VIGESIMAOCTAVA FEBRUARII

DEFUNCTI SUNT

1597. Senis. — R. P. Ambrosius a Monte Politiano.

1602. Pisis. — P. Stephanus a Corinaldo.

1604. Item. — Fr. Ioseph a Montepolitiano, Laicus.

1612. Florentiae. — P. Agapitus a Monte Politiano, ex nobili familia Cappelli natus.

1615. Item. — Fr. Ioannes a Florentia, Laicus.

1622. Venetiis. — R. P. Clemens a Prato, insignis Concionator et ex nobili progenie Del-Bo ortus.

1625. Liburni. — R. P. Andreas a Sancta Agatha Feltria, Concionator.

1729. Lucae. — R. P. Damianus a Liburno, Concionator, optimus et laudabilis Pater.

1775. Item. — Fr. Gregorius a Campomaiore, Laicus.

1781. Florentiae. — R. P. Raphael ab eadem Civitate, Concionator, vir summa bonitate et perfectione: sed praecipue in amorem Dei et proximi, paupertatem et regularem observantiam exercitatus.

1801. Cortonae. — Fr. Ioseph M.ª a Sexto Florentino, piissimus et devotissimus Clericus.

DIE VIGESIMANONA FEBRUARII

(In anno Bissextili)

DEFUNCTI SUNT

1587. Senis. — R. P. Bernardinus a Sancto Cassiano in Balneis Guardianus.

1610. Florentiae. — Fr. Romualdus a Biblena, Clericus, qui ex nobili domo Teri ortus est.

1628. Item. — Fr. Bonaventura ab Anglario, Laicus.

1628. Item. — P. Rufinus a Palearicio, iuvenis Sacerdos.

1633. Ibdem. — Fr. Crescentius a Florentia, Laicus, qui per annos plurimos et usque ad senectutem a Deo in exercitatione patientiae probatus est.

1637. Senis. — P. Andreas a Castellione.

1663. Lucae. — R. P. Stephanus a Seravetia, ad Pontem Aerae Coenobii Guardianus.

1729. Peccioli. — Fr. Franciscus M.ª a Montevarchio, Laicus.

DIE PRIMA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1680. ARRETII. — P. Franciscus a Campomaiori.

1692. PISIS. — R. P. Ioannes de Plebe ad Fosinam, saepe Guardianus, vir profundae humilitatis ac severioris vitae.

1717. SENIS. — Adm. R. P. Michaelangelus a Senis, ex Dantini-Vescovi nobili stirpe natus, vir summa gubernandi ratione et aliis naturae dotibus necnon multis virtutibus, sed maxime zelo disciplinae regularis cum charitate conjunto praeditus: idcirco Concionator insignis, Lector egregius, Guardianus, Definitor et Provincialis evasit.

1775. LICINIANI. — Fr. Eusebius a Guamo, Laicus.

1788. ROMAE. — R. P. Aloysius a Burgo ad Boyanum, Concionator, vir doctrina et in rebus agendis dexteritate praeditus, per septem et viginti annos munus a Secretis in Curia Generali obtinuit. Fuit insuper Religiosus bonitate morum, devotione et caeteris religiosis virtutibus commendabilis.

1830. FLORENTIAE. — Fr. Bartholomaeus a Campilia, Laicus, qui spiritu religioso et raris virtutibus decoratus apparuit.

1862. PISTORII. — R. P. Antonius Aloysius a Pistorio, optimus Sacerdos in Beatam Virginem Mariam in primis devotus, necnon iucundae ac sanctae conversationis Religiosus. Pluries Guardianus fuit.

1876. FLORENTIAE. — Fr. Carolus a Puppio, Studens angelicis moribus ditatus, qui vere ab infantia coepit timere Deum.

1878. ITEM. — R. P. Antonius a Seravetia, Concionator et pluries Guardianus; qui virtute obedientiae et religiosis moribus extitit clarus.

1881. PISIS. — Fr. Ubaldus ab Apua, bonus Laicus et in officiorum adimpletione fidelis.

DIE SECUNDA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1652. FLORENTIAE. — Fr. Benignus a Mediolano, Laicus, qui peritiae coementariae artis perfecti Religiosi laudem adiunxit.

1674. IN REGNO CONGI. — R. P. Ambrosius a Florentia ex clara familia Del-Sera ortus, Missonarius Apostolicus, qui salutis animarum desiderio flagrans, multos perpessus labores et in maximis rerum angustiis versatus dignum suae bonae voluntatis praemium consecutus est.

1704. RADICOPHANI. — R. P. Ioannes Franciscus a Calcio, Concionator, simplici vita et moribus laudatus Sacerdos.

1730. FLORENTIAE. — R. P. Damianus a Cerreto Lucensi, qui per annos multos plausu et fructu evangelium Christi praedicavit.

1744. ITEM. — R. P. Stephanus a Pisis, Concionator et Guardianus, vir probus, qui pariter in praedicationis officio multo zelo et fructu diu perseveravit.

1744. IBIDEM. — Fr. Rainerius a Sancto Cassiano de Pisis, Laicus.

1751. TURRICULI. — R. P. Seraphim a Seravetia, egregius Concionator et Religiosus optimis moribus ac sancta simplicitate ornatus.

1753. MONTEVARCHIO. — Fr. Petrus a Pergine, Laicus in muneribus sibi commissis diligens et exemplaris.

1761. MONTEACUTO. — R. P. Angelus M.ª a Cortona, Concionator et Guardianus, ex nobili familia Venuti ortus, qui in exercitio virtutum usque ad mortem perseverans, boni Religiosi exemplum omnibus praebuit.

1787. FLORENTIAE. — P. Antonius ab eadem Civitate, singulari patientia donatus.

1829. PISIS. — Fr. Raphael ab Icilio, studens.

1856. LICINIANI. — Reverendissimus P. Andreas ab Arretio, virtutibus et singularibus dotibus celeberrimus, quas non tam in servitio et decore Provinciae, quam totius Ordinis impendit ; fuit enim insignis Concionator, Lector egregius, Superior provvidus, Definitor Generalis et Vicarius totius Ordinis vigilantissimus et prudens.

1858. PISIS. — Fr. Bonaventura a Castro Buiti, Laicus, qui usque ad extremam senectutem cum laboris constantia, amorem regularis observantiae necnon omnimodae virtutis exercitium coniunxit.

1893. IBIDEM. — P. Ioannes a Pisis, qui in exercitio charitatis erga infirmos in Hospitalibus degentes diu perseverans, tandem diuturnis ac insanabilibus morbis correptus per patientiam promissiones reportavit.

DEFUNCTI SUNT

1602. GUAMI. — P. Iustus a Montaniana.
1612. SENIS. — Fr. Victorius a Lugano, Laicus.
1643. LUCAE. — Fr. Ioannes Baptista a Seravetia, Clericus studiosus.
1694. FLORENTIAE. — R. P. Ioachim a Cutiliano, Concionator et Guardianus, Religiosus admodum probus.
1745. IBIDEM. — Fr. Franciscus ab Arretio, Laicus, qui exemplaritate vitae et religiosa modestia maximam apud omnes reverentiam acquisivit.
1783. PISIS. — R. P. Gregorius a Seravetia, Concionator et pluries Guardianus: qui morum integritate et suavitate dilectus, praestito singularis patientiae exemplo, hac die quievit in Domino.
1813. SENIS. — Fr. Georgius ab eadem Civitate, Laicus, qui cum fama sanctitatis obiit: qua de re magnus civium concursus in eius funeribus factus est.
1819. FLORENTIAE. — P. Ioannes Antonius a Prato.
1836. IBIDEM. — Fr. Rainerius a Pisis, Laicus, qui per multos annos Quaestuator perseverans totam civitatem suis sanctissimis moribus aedificavit.
1841. SENIS. — Fr. Franciscus ab eadem Civitate, Laicus.
1849. FLORENTIAE. — P. Cyrillus a Florentia, qui, vita ducta magis angelica quam humana, pius et charitate plenus obdormivit in Domino.

DIE QUARTA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1650. SENIS. — R. P. Franciscus a Monte Politiano, Concionator et Guardianus.

1651. COLLE. — Fr. Silvanus a Sancto Miniate, Laicus bonus, austerus et in hoc singularis quod nunquam adversus proximum auditus est detractionis verba proferre.

1663. SANCTI CASSIANI DE FLORENTIA. — P. Thomas a Lucardo.

1672. FLORENTIAE. — R. P. Cherubim ab Antona, Concionator, ex Lector et Guardianus; qui lento et insanabili morbo correptus, adhuc iuvenis, singulari pietate occubuit.

1679. ITEM. — Fr. Theodorus a Terrarubra, Laicus, qui de die in diem ad omnés sui status virtutes adipiscendas valide intendit.

1630. MONTE VARCHIO. — R. P. Eugenius a Florentia, Concionator et Guardianus, ex Rota nobili progenie ortus et vitae religiosae sedulus cultor.

1682. LUCAE. — P. Felix a Luca, ex nobili familia Lamberti, in patria iam supremo Reipublicae Vexilliferi munere potitus: per annos septem pius et humilis Religiosus in Ordine vixit.

1733. LIBURNI. — R. P. Hieronymus a Liburno, Concionator ac pluries Guardianus regularis disciplinae valde amator.

1735. LUCAE. — Fr. Iuniperus a Sancto Cassiano de Pisis, Laicus.

1801. PRATI. — Fr. Franciscus a Mugello, pariter Laicus, laudabilibus moribus ditatus et fidelis in adimplendis Laicorum muneribus.

1834. FLORENTIAE. — Fr. Raphael a Burgo Sancti Laurentii, pariter Laicus, valde laudandus tum ob virtutum exempla, quae nobis imitanda dedit, tum ob sincerum amplexatae Religionis amorem.

1870. ARRETII. — Fr. Michaelangelus a Castula, item Laicus.

1896. FLORENTIAE. — Fr. Angelus a Prato, etiam Laicus, qui omnibus diebus vitae suae de suipsius bono nomine et Ordinis decore sollicitus fuit et inimicus otii fideliter adlaboravit in omnibus sibi obedientia iniunctis.

DEFUNCTI SUNT

1634. CORTONAE. — P. Franciscus Poloniensis, Sacerdos Novitius, qui antequam suae probationis annum explevisset, magno pietatis fervore quievit in Domino.

1638. FLORENTIAE. — Fr. Xystus ab Emporio, Laicus, magnae sanctitatis et perfectionis vir, in B^m Virginem Mariam et Passionem Domini Nostri Iesu Christi singulariter devotus.

1667. PISIS. — P. Ioannes Baptista ab eadem Civitate.

1684. LIBURNI. — R. P. Mathias a Valbescho, Concionator et pluries Guardianus: ex nobili genere natus De-Sehulte, cingulo militari relicto, ad religionem confugit ac bonus Christi miles evasit.

1685. SENIS. — R. P. Coelestinus ab eadem Civitate, saepe Guardianus.

1710. LUCAE. — R. P. Anselmus ab eadem Urbe, Concionator et quondam Guardianus, qui ex clara Mazzarosa stirpe ortus et Iurisperiti laurea iam potitus, in Religionem se abdidit, in qua vitam duxit admodum austeram, devotam et exemplarem.

1715. PISIS. — P. Archangelus a Campilia Maritima.

1724. PECCIOLI. — R. P. Thomas a Massa Ducali, celebris Concionator iam Persiae Missioni addictus et pluries Guardianus.

1731. LUCAE. — Fr. Bernardinus a Campomaiori, Laicus.

1742. ARRETII. — Fr. Thomas a Tuori, pariter Laicus, qui spiritu humilitatis, devotionis et paupertatis optime imbutus, quaestuator per annos plurimos toti Civitati maximo exemplo fuit.

1759. PISIS. — R. P. Paulus a Rivoalto, Concionator et pluries Guardianus, qui antea per multos annos in Triremibus Stephanianis a sacris ob egregiam bonitatem et prudentiam magno in honore et amore habitus est.

1781. ITEM. — P. Innocentius a Pisis optimis moribus praeditus.

1843. IBIDEM. — Fr. Aloysius a Cassina, Laicus, Religionis, devotionis et obedientiae amator.

1847. FLORENTIAE. — R. P. Gaspar a Fighino, Concionator, simplicitatis apostolicae Sacerdos, ac vitae exemplaris, necnon Domini nostri Iesu Christi Passioni devotissimus.

1866. ARRETII. — R. P. Archangelus ab eadem Civitate, qui longam et irreprehensibilem vitam duxit, et pluries Superior zelo et charitate praeditus fuit.

1870. FLORENTIAE. — R. P. Alphonsus a Levane, Concionator, Nosocomii Militaris a sacris.

1877 IBIDEM. — R. P. Bernardinus a Burgo Sancti Laurentii, Concionator, qui specialibus praerogativis et virtutibus ornatus, Magistri Novitiorum, et aliarum Superioritatum munia laudabiliter obtinuit et adimplevit.

1901. TININZONE IN RHETIA. — Adm. R. P. Callistus ab Arretio, Concionator, qui tempore religiosorum dispersionis in eam regionem missus, absolutissimi Missionarii Apostolici munia plus quatuor super triginta annis obivit.

1769. S. CASSIANI AD FLORENTIAM. — R. P. Antonius Maria ab Arretio, Concionator, Lector, Guardianus et Missionarius de animarum salute valde sollicitus.

DIE SEXTA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1614. Pisis. — P. Paulus a Senis.

1632. Florentiae. — Adm. R. P. Bernardinus a Monteherculis ex Provincialis Minister, magnae bonitatis et summorum meritorum Pater, quique venerabilis senex obiit piissime.

1671. Turriculi. — R. P. Bartholomaeus a Cutiliano, Concionator, pluries Guardianus semperque bonus ac zelo praeditus Religiosus.

1709. Prati. — Adm. R. P. Bernardus a Parma, qui summis meritis et virtutibus ornatus per omnes honoris gradus ad Provincialatum evectus est: at in munere Concionatoris utpote eloquentissimus summam laudem obtinuit; tandem singulari pietate quievit in Domino.

1741. Florentiae. — Fr. Masseus a Campi, Laicus valde bonus, sed praecipue humilis et Sacerdotibus obsequiosus.

1764. Lucae. — R. P. Peregrinus a Luliano, Concionator et pluries Guardianus.

1809. Arretii. — Fr. Isidorus a Puppio, Laicus bonus et devotus.

1815. Ibidem. — Fr. Vincentius ab Arretio, pariter Laicus.

1843. Prati. — Adm. R. P. Antonius Dominicus a Sancto Pancratio, Concionator, vir doctrina, bonitate, prudentia et experientia egregius, qui Lectoris, Definitoris, Guardiani et bis Provincialis munia obivit, infaticabili zelo, regularis disciplinae amore, sinceritate et exemplaritate morum valde de Religione benemeritus est.

1896. Pisis. — P. Antonius ab Apua, bonus ac simplex Sacerdos.

DIE SEPTIMA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1630. Mirandulae. — Fr. Simeon a Pisis, Laicus.

1637. Peccioli. — Fr. Bernardinus a Luca, Clericus.

1677. Burgi S. Laurentii. — R. P. Ioseph Maria a Cortona, ex nobili Venutorum familia natus, pluries Guardianus et optimae famae Religiosus.

1694. Florentiae. — Fr. Felix a Monte Herculis, probatissimus Laicus, qui in aegrotis curandis peritia et charitate excelluit.

1725. Lucae. — R. P. Laurentius a Seravetia, ferventissimus Concionator, probus et amore Dei valde plenus.

1755. Pisis. — P. Michaelangelus ab eadem Civitate.

1841. Item. — R. P. Aloysius ab Apua, Concionator qui, peste grassante, animi constantia, zelo et charitate prae aliis emicuit.

1857. Florentiae. — R. P. Fidelis a Marrario, iam in saeculo Sacerdos, qui semper irreprehensibiliter vixit et ferventiori zelo ductus in audiendas Christi fidelium confessiones assidue incubuit.

1866. Senis. — P. Albertus ab Apua, egregiis mentis et cordis dotibus exornatus.

1898. Pisis. — Fr. Benignus a Calentiano Laicus, iuvenis devotus ac exemplarissimus.

1901. Emporii. — P. Antonius a S. Marcello, simplex Sacerdos et ad extremam usque senectutem rigidus regularis observantiae custos.

DEFUNCTI SUNT

1638. Florentiae. — Fr. Franciscus a Campi, Laicus, qui in accepto Tirocinii spiritu plus quam nonagenarius constanter perseveravit.

1783. Liciniani. — Fr. Sebastianus a Florentia, pariter Laicus, integritate vitae et politis moribus commendabilis.

1683. S. Cassiani de Florentia. — Fr. Clemens a Carminiano, item Laicus bonis et religiosis moribus pariter laudabilis.

1704. Fighini. — R. P. Hadrianus a Florentia, satis fervidus Concionator, pluries Guardianus semperque Religiosus bonus et urbanitate ornatus.

1713. Florentiae. — R. P. Bonaventura a Colle, Concionator et pluries Guardianus: qui in Verbo Dei tradendo optimo ductus spiritu et non mediocri intelligentia praeditus plurimos retulit fructus, efficacibus verbis efficaciora exempla superaddens.

1737. Lucae. — Fr. Andreas a Campomaiore, Laicus.

1743. Romae. — P. Philippus a Celle.

1746. Florentiae. — Fr. Vincentius a Prato, Laicus.

1828. Item. — Fr. Didacus a Burgo Sancti Laurentii, pariter Laicus bonitate et exemplaritate commendabilis.

1837. Ibidem. — P. Carolus a Pistorio, optimus Sacerdos, sed ob invictam patientiam praecipue laudandus.

1857. Emporii. — R. P. Pius a Florentia, Concionator apostolico zelo praeditus, qui humilibus ac pauperibus evangelizando totum se addixit et vitae suae bonitate ac austeritate Christi bonus odor omnibus fuit.

1874. Florentiae. — Fr. Bernardus a Monte Vectulino, Laicus, qui vitam agens austeram ac devotam, et Spiritu consilii donatus ab omnibus conquisitus et amatus est.

1892. Arretii. — Fr. Marius ab eadem Civitate, Laicus, vir devotus et bonis moribus praeditus, necnon in diuturnis aegrotationibus sustinendis patiens.

1894. Florentiae. — P. Ioseph M.[a] ab eadem Civitate, Concionator et Religiosus regularis disciplinae amator et proximorum salutis zelo praeditus.

DIE NONA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1605. Arretii. — P. Aurelius ab Agro Clusentino.
1609. Pisis. — Fr. Silverius a Florentia, Laicus.
1614. Monte S. Sabini. — Fr. Michael ab Uzzano, Laicus.
1655. Florentiae. — Fr. Gaudentius a Monte Sancti Sabini, Laicus.
1686. Pistorii. — Fr. Bernardinus a B° Sancti Laurentii, item Laicus; qui in suo statu multa dexteritate et non ordinariis dotibus praeditus; per decem et octo menses a Turcis in servitutem redactus est.
1702. Florentiae. — R. P. Franciscus a Monte Politiano, Concionator, Hospitii Sanctae Mariae Novae Praeses, integer vitae ac zelantissimus proximorum salutis.
1710. Senis. — Fr. Angelus a Sancto Quirico, Laicus, qui intemeratae ac devotae vitae tenore vere angelus visus est.
1740. Turriculi. — Adm. R. P. Augustinus a Piscia, Concionator et ex Provincialis: vir plurimis dotibus et doctrinis ornatus, religiosissimus ac mentali orationi in primis deditus.
1782. Pistorii. — R. P. Ioannes Baptista a Seravetia, Concionator et pluries Guardianus acceptissimus, qui recessus et regularis observantiae amator exemplarem vitam duxit.
1853. Arcidossi. — Fr. Antonius M.ª a Colle, Laicus, qui in officiis suis ob diligentiam et morigeram vitam vere notabilis fuit.
1901. Pisis. — Fr. Aegidius a Porrecta, indolem bonam sortitus et devotus Clericus Studens; sed citius phtisi raptus.

DIE DECIMA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1649. Lucae. — Fr. Ioseph a Luliano, Laicus.

1657. Ibidem. — P. Paulus a Gaiole, qui austeram, devotam et in Christo absconditam vitam duxit.

1660. Sancto Miniate. — Adm. R. P. Bonaventura a Luca, Concionator et Guardianus ex patricia Bernardini familia ortus, qui non tantum nobilitate generis quam probitate et religiositate morum emicuit. Multa doctrina praeditus Lector, Magister Novitiorum et pluries Definitor fuit.

1701. Peccioli. — R. P. Iulius a Bastia, Concionator et Guardianus: qui Corsicae Familiae de Angelis nobilitatem deserens, religionem ingressus, bonitate et pietate in Deum excelluit.

1737. Florentiae. — R. P. Antonius a Dudda, Concionator, multis exornatus virtutibus et praesertim in Beatissimam Virginem devotus.

1742. Lucae. — Fr. Ciprianus a Controne, Laicus.

1789. Florentiae. — Fr. Martinus ab eadem Civitate, pariter Laicus bonus et laudabilis.

1795. Liburni. — R. P. Prosperus ab eadem Urbe, Concionator et ex Missionarius Apostolicus; qui ubique seraphico spiritu praeditum ad mortem usque se praebuit.

1797. Arretii. — Fr. Accursius a Monteacuto, Laicus; qui in observantiam votorum suorum assidue et devote intendit.

1797. Pistorii. — R. P. Ioannes Petrus ab eadem Civitate, qui sive subditus, sive Superior probus et observantissimus fuit.

1806. Florentiae. — P. Petrus M.ª a Vernio, observantia sacrorum votorum insignis, humilitatis et paupertatis constans amator.

1830. Ibidem. — Fr. Fidelis a Pistorio, Laicus, Magister Lanifitii, qui interiori spiritui incumbens exemplarissimam et magnae virtutis vitam duxit.

1882. Pisis. — Fr. Gregorius ab eadem Civitate, Clericus, suavibus ac intemeratis moribus, qui infirma licet valetudine, ad bonum prompto semper spiritu fuit.

1887. Florentiae. — R. P. Marianus a Monte Varchio, Concionator et pluries Guardianus, qui infaticabilis proximorum salutem, Ordinis decorem et Dei honorem semper et ubique promovit.

DIE UNDECIMA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1592. Florentiae. — R. P. Silvester ab Albenga, Concionator, vir omnibus virtutibus praeditus, qui psallendo et concionando saepe in mentis excessum rapi visus est; falsam accusationem invicta animi fortitudine toleravit, et tandem meritis clarus ad coelum evolavit.

1600. Ibidem. — P. Albertus a Florentia.

1605. Puppii. — Fr. Bartholomaeus a Pisis, Clericus.

1609. Florentiae. — Fr. Sebastianus a Podio Bonitii, Laicus.

1613. Monte Ilcino. — Fr. Mansuetus a Prato, pariter Laicus.

1619. Florentiae. — Fr. Antonius a Colle, et ipse Laicus.

1623. Lucae. — Fr. Vincentius a Guamo, item Laicus.

1718. Arretii. — Reverendissimus P. Bernardinus ab eadem Civitate, totius Ordinis nostri Generalis Minister: qui nobilitate generis, Catastinorum nempe stirpe natus, summis virtutibus Ordinem condecoravit et rexit. Fuit verus Domini Servus, cuius praeclara gesta et sanctam vitam multa patrata miracula testantur.

1758. Florentiae. — Fr. Anselmus a Panzano, Laicus.

1800. Ibidem. — Fr. Ippolitus a Vernio, pariter Laicus bonis dotibus et optimis exemplis.

1896. Pisis. — Fr. Benignus a Bajo, etiam Laicus, qui multarum virtutum et bonorum exemplorum integram vitam absolvit.

DIE DUODECIMA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1591. Florentiae. — R. P. Hieronymus ab eadem Civitate, Novitiorum magister, qui suarum virtutum exemplis multis edoctis religiosis, in pace quievit.

1603. Liburni. — Fr. Prosperus a Pistorio, Laicus.

1607. Senis. — Fr. Gervasius a Florentia, pariter Laicus.

1612. Volaterris. — Fr. Georgius a Valletellina, item Laicus.

1647. Songii. — Fr. Angelus a Nanceo, pariter Laicus, qui in Regni Congi Missionibus multa fide adlaboravit.

1690. Lucae. — Fr. Ioseph M.[a] ab eadem Civitate, Laicus, ex nobili domo Boroncini, qui in laborioso et humili Quaestuatoris officio diu perseverans optimo exemplo, religioso spiritu et multa urbanitate exornatus apparuit.

1721. Arcidossi. — Fr. Ioseph Antonius a Terricula, exemplarissimus Clericus.

1740. Florentiae. — P. Dominicus a Luchio, bonus, humilis et patiens.

1807. Ibidem. — P. Aloysius a Florentia.

1820. Liburni. — Fr. Michael a Casula, Laicus.

DIE DECIMATERTIA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1653. Florentiae. — Fr. Aurelius a Brixia, devotissimus clericus.

1602. Peccioli. — P. Ioannes a Perusio.

1609. Florentiae. — Fr. Georgius a Ianua, Laicus, magnae austeritatis et orationis vir, qui plenus meritis nonagenarius in coenobio SS.ae Conceptionis pientissime obiit.

1614. Radicophani. — P. Dorotheus a Florentia.

1636. Pisis. — R. P. Victorius a Seravetia, Guardianus, qui magnam prudentiam pari cum pietate coniunxit.

1651. Florentiae. — Adm. R. P. Ignatius a Strada, iam Novitiorum Magister peritissimus et pluries Definitor: vir austerus, devotus, prudens et insuper spirituum discretionis arte optime imbutus.

1694. Item. — Fr. Sanctes a Pisis, Laicus.

1694. Ibidem. — R. P. Vincentius a Florentia, Provincialis a Secretis et pluries Guardianus, qui in utroque munere obeundo religioso spiritu et multo ingenio usus est.

1783. Terriculae. — Fr. Luchesius a Podio Bonitio, Laicus et illius loci Concionatoris socius, faber lignarius peritissimus, de quo dici potest bonam et laboriosam vitam egisse.

1785. Turriculi. — R. P. Angelus M.a a Burgo S. Laurentii, Concionator et Guardianus ob religiosas virtutes et placidos mores memoria dignus.

DIE DECIMAQUARTA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1602. FLORENTIAE. — Adm. R. P. Basilius ab eadem Civitate ex Definitor.
1609. PISIS. — P. Placidus a Luca.
1613. FLORENTIAE. — Fr. Vincentius a Pistorio, Laicus.
1654. SANCTI CASSIANI DE FLORENTIA. — P. Angelus a Puppio.
1688. FLORENTIAE. — Fr. Bonifacius a Florentia, vitae longaevae et admodum exemplaris Laicus.
1689. IBIDEM. — Fr. Felix a Septimello, pariter Laicus mirae simplicitatis et devotionis.
1740. PECCIOLI. — R. P. Iuniperus ab Apua, Concionator et Guardianus.
1785. FLORENTIAE. — Fr. Bernardus ab eadem Civitate, bonus et optimae indolis frater.
1787. BITURGIAE. — Fr. Dominicus a Montana, Laicus, qui apud omnes Religiosos et Saeculares magna in aestimatione erat propter vitae integritatem et sanctitatem.
1826. ARRETII. — R. P. Alexander a Plebe Sancti Stephani, Concionator, qui cum donorum copia vitae perfectionem copulavit.
1861. LIBURNI. — P. Ioannes Petrus ab eadem Civitate.

DIE DECIMAQUINTA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1601. Pinnis. — Adm. R. P. Laurentius a Montepolitiano, Concionator, qui cum in Provincia munere Magistri Novitiorum optime fungeretur, fama suarum virtutum et meritorum longe diffusa, in Sancti Angeli Provincia aprutina Moderator eligitur.

1629. Liburni. — P. Georgius a Florentia, ex clara domo Vasari; qui adhuc studiis operam aovans, multa pietate et bene dispositus obiit in Domino.

1655. Florentiae. — Fr. Franciscus a Castroflorentino, bonitatis magnae Laicus, recessus, paupertatis et orationis studiosus.

1657. Ibidem. — R. P. Bernardinus a Florentia, saepe Guardianus, vir optime de regulari observantia emeritus, quippe qui spiritu religioso, prudentia, suavitate et charitate ornatus, animos sibi subiectorum ad perfectionis amorem trahebat.

1671. Item. — R. P. Anselmus a Sancto Cassiano, saepe Superior zelantissimus.

1694. Item. — P. Antonius M.ª a Cortona, Concionator, qui brevi vita optimis comparatis sibi meritis, explevit tempora multa.

1729. Ibidem. — P. Philippus M.ª a Scarparia, optimus et laboriosus Pater.

1776. Parii. — R. P. Antonius Felix a Montevarchio, qui Praedicationi divini verbi operam navans, in eo oppido pientissime obiit.

1798. Arretii. — R. P. Aloysius a Plebe Sancti Stephani, Concionator multa doctrina imbutus, quam profunda humiltate tegebat, plenus meritis sancte obiit in osculo Domini.

1826. Pisis. — P. Philippus a Florentia timore Dei plenus, necnon extraordinariis donis ornatus, qui tamen immatura morte eripitur.

1732. Pistorii. — F. Simon a Pisis, Laicus; qui valido amore Dei correptus et filiali erga B^{m}. Virginem devotione flagrans, omnes virtutes aemulabatur.

1862. Sancti Cassiani. — R. P. Valerius a Pistorio, Concionator et Guardianus, observantiae religiosae cultor et cuntis virtutibus praeditus.

1869. Emporii. — P. Marianus ab eodem Loco.

DEFUNCTI SUNT

1608. Pistorii. — P. Ioannes a Pistorio ex nobilissima Familia Cellesi, qui vitam admodum exemplarem et devotam duxit.

1629. Massae. — P. Taddaeus a Pistorio, ex domo Rutati, qui nobilitati generis addidit multarum virtutum splendorem.

1639. Senis. — Adm. R. P. Hadrianus ab eadem Civitate, ex nobili Moreschini Familia ortus; vir qui ob insignes animi dotes munia Guardiani, Concionatoris Lectoris, Definitoris, et duarum Provinciarum Visitatoris obtinuit, quibus optime satisfecit.

1735. Florentiae. — R. P. Cyprianus a Controne, Concionator, optimus iuvenis qui immature obiit pientissime in osculo Domini.

1755. Arcidossi. — R. P. Antonius Franciscus ab Arretio, Concionator ex nobili Subbiani genere natus, qui exemplaris vixit et pius obdormivit in Domino.

1762. Florentiae. — R. P. Ioannes Carolus ab eadem Civitate, Concionator, ex-Lector et Guardianus.

1764. Arretii — R. P. Hieronymus a Monte Sancti Sabini, Concionator.

1781. Prati. — Fr. Seraphim a Pistorio, Laicus probatissimus.

1799. Florentiae. — P. Michael Angelus a Plebe S. Stephani simplicibus sed tamen optimis moribus decorus.

1834. Ibidem. — R. P. Ioseph M.[a] a Florentia, ex illustri Galileiorum familia procreatus, qui a teneris unguiculis Deum timere caepit, et in religione ad mortem usque in virtutum exercitio multum profecit. Missonarius Apostolicus in Regno Congi et Ulyssiponae novem et viginti annos commoratus, pro Deo et animarum salute doctrina et zelo invincibili adlaboravit.

1899. Ibidem. — P. Fortunatus ab Emporio, ferventi zelo et bono exemplo, qui etiam in pingendis sacris iconibus non mediocri peritia praeditus fuit.

DIE DECIMASEPTIMA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1584. FLORENTIAE. — P. Liberius a Cortona, ex illustri Sernini istius urbis familia natus, qui illustrioribus virtutibus apud nos enituit; praesertim paupertate et erga sacrosanctam Eucharistiam amore: et regulari observantia clarus, qua predixerat die obdormivit in Domino.

1629. MONTE SANCTI SABINI. — P. Ludovicus ab Arretio.

1694. FLORENTIAE. — R. P. Franciscus a Seravetia, Concionator et saepe Guardianus, vir studiosissimus, et in Morali Theologia valde peritus semperque bonae vitae Religiosus.

1694. IBIDEM. — Fr. Ioseph ab Emporio, simplex et bonus Laicus.

1718. FIGHINI. — Fr. Paulus a Florentia, pariter Laicus.

1720. FLORENTIAE. — Fr. Thomas ab Argoo Portu, devotus Clericus.

1775. IBIDEM. — Fr. Romulus a Fighino, Laicus, qui pie vixit et sancte in Domino quievit.

1874. AGRAE IN INDIA. — R. P. Paulinus a Pistorio, Concionator et Missonarius Apostolicus zelantissimus de quo, nisi intempestive obiisset, ob egregias, quibus pollebat, qualitates multa patrata bona narrarentur.

1886. PISIS. — P. Franciscus a Sancto Cassiano de Pisis, qui diligentia et charitate in sublevandis aegrotis in Nosocomiis degentibus, assiduum se praebuit et vitam valde devotam duxit.

1893. FLORENTIAE. — R. P. Pacificus a Pistorio, Concionator, amabilis senex, sobrius, pius ac modestus; necnon religiosae disciplinae sectator fidelis.

1896. IBIDEM. — Fr. Christophorus ab Apua, Laicus, qui in Florentino Archihospitali diu confratribus inserviens, charitate, devotione et morum probitate munus suum optime complevit.

DIE DECIMAOCTAVA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1588. SENIS. — R. P. Gregorius a Sinalonga, optimus Sacerdos et pluries Guardianus.

1602. GUAMI. — Fr. Onuphrius a Pisis, Laicus.

1636. SENIS. — P. Petrus ab Arretio, ex nobili Bacciorum familia progenitus.

1712. PLEBE SANCTI STEPHANI. — R. P. Petrus Paulus a Massa in Valle Nebulae, Concionator, Vicarius illius loci et Religiosus exemplarissimus.

1724. FLORENTIAE. — Fr. Dominicus a Mugello, Laicus, qui in religiosarum virtutum exercitatione usque ad senectutem perseverans, sancto fine quievit.

1735. LIBURNI. — P. Cosmas a Liburno, ex Marchionibus Catalani procreatus, qui in humilitate et simplicitate vitae Deo serviens, diuturnis et acribus morbis in multa patientia probatus fuit.

1779. FLORENTIAE. — Fr. Caesarius a Monte Varchio, optimus frater.

1791. ARCIDOSSI. — Fr. Antonius a Colle, pariter Laicus et pari probitate donatus.

1809. FLORENTIAE. — R. P. Leonardus ab eadem Civitate, qui bonus pluries in superiorem electus laudabiliter se gessit.

1836. IBIDEM. — Reverendissimus P. Coelestinus a Laterina, egregius et fervidus Concionator, qui utpote non mediocri doctrina praeditus, Lectoris, Definitoris et Provincialis in Hetruria, deinde Romae Definitoris Generalis munia obtinuit et zelo regularis disciplinae optime obivit.

1850. SENIS. — P. Petrus ab eadem Civitate, qui sortitus animam bonam mitis, humilis corde et exemplaris fuit.

1900. MONTE VARCHIO. — Fr. Bernardus a Castro Plani, Laicus, multis virtutibus praeditus, qui laboris exercitio atque devotionis in Deum et B.m Virginem, iuvenis explevit tempora multa.

DIE DECIMANONA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1610. Florentiae. — R. P. Paulus a Vernio, ex huius loci Comitibus Bardi ortus, omnium virtutum genere ornatissimus. Quapropter Magister Novitiorum, pluries Definitor et Guardianus fuit. Dum sacra misteria perageret, Angelos psallentibus coniunctos in choro canentes audivit: et cum oraret, mira undique luce fulgere visus fuit. Tandem praedicta mortis die, magna cum pietate dormitionem accepit.

1610. Liburni. — P. Leonardus a S. Cassiano de Balneis.

1621. Florentiae. — P. Ioannes Baptista a Castula, venerabilis Sacerdos non mediocri virtute ornatus.

1664. In Regno Congi. — R. P. Archangelus a Florentia, Concionator et jam Guardianus; qui religiosis virtutibus praeditus et in primis salutis animarum zelo et charitate flagrans, Missonarius Apostolicus in eam regionem profectus multa bona operatus est.

1725. Florentiae. — Fr. Laurentius a Campi, Laicus.

1729. Liburni. — P. Victorius a Florentia.

1771. Lucae. — P. Felix a Peretula, adhuc Studens.

1781. Prati. — Fr. Nicolaus a Peretula, Laicus, qui ut probus Religiosus semper vixit.

1838. Arretii. — Fr. Romualdus a Valle Chii, pariter Laicus bonus et valde exemplaris.

1864. Florentiae. — Fr. Didacus a Prato, item Laicus et pari bonitate et exemplaritate notatus, qui singularibus pietatis et patientiae signis quievit in Domino.

DIE VIGESIMA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1611. LIBURNI. — P. Silvester a Cortona.

1619. PECCIOLI. — Fr. Angelus ab Antona, Laicus.

1627. ROMAE. — Adm. R. P. Laurentius a Pistorio, Definitor: vir nobilitate generis clarus utpote ex domo Gieri ortus, sed quidem virtutum splendore, doctrina et officiis clarissimus: summa enim dexteritate, religiositate et prudentia bis Provincialis et totidem Visitatoris Generalis munus implevit; Bononiae in studio Generali cathedram obtinuit et tandem magno plausu in Urbe concionatoris officio fungens, extremo morbo correptus quievit in Domino.

1682. FLORENTIAE. — R. P. Carolus a Barga, quondam Guardianus.

1711. IBIDEM. — Fr. Isidorus a Teupascio, Laicus, ad laborem et orationem ita dispositus, ut etiam senior otium aufugerit, virtutesque sectatus sit constanter.

1721. PONTE AERAE. — Fr. Monaldus a Florentia, pariter Laicus, per annos plurimos in religiosis officiis bene versatus.

1739. CINGULI. — R. P. Ioachim a Florentia, Concionator zelantissimus et exemplaris.

1779. ARRETII. — R. P. Romualdus a Pistorio, Concionator et Guardianus: Religiosus optimis disciplinis ornatus, moralibus et civilibus virtutibus praeditus, quibus dignus honore habitus, cum esset in Hetruriae Triremibus a sacris.

1856. SENIS. — Fr. Gregorius a Pecciolo, Laicus.

1868. FLORENTIAE. — P. Benvenutus a Fivizano, qui, expleto studiorum cursu, in Nosocomio S. Mariae Novae a sacris existens, dum variolis pestiferis infecto assisteret et ipse morbum contraxit et paucos post dies victima suae caritatis occubuit.

DEFUNCTI SUNT

1666. FLORENTIAE. — Fr. Nazarius vulgo a Strada, Laicus.

1673. ARRETII. — R. P. Alexander ab eadem Civitate, qui aegrotantibus morbo epidemico sponte se obtulit in auxilium et Lemocomii Lucensis Gubernator electus, innumeris laboribus et summa laude munus obivit et benemerentiae causa inter illius Reipublicae nobiles viros cooptatus est.

1744. FLORENTIAE. — Fr. Michaelangelus a Pistorio, Laicus humilis, devotus et officiosus cum omnibus.

1784. ARRETII. — Fr. Leo a Mediolano, Laicus, qui ad senectutem usque a labore, paupertate et perfectionis studio nunquam destitit.

1818. LIBURNI. — R. P. Marianus ab eadem Civitate, qui, quum laudabiliter in Praedicatione quotidiana, ut dicimus, per annos multos se exercuisset et pluries Guardiani munus obiisset, velut alter Iob, probatus a Deo diuturnis et taediosis morbis, multae patientiae suae praemium tandem accepit.

1820. IBIDEN. — Fr. Bernardus a Vernio, Laicus.

1850. TURRICULI. — R. P. Marianus a Florentia, Concionator, servus Dei fidelis et virtute obedientiae perfectus.

1886. PRATI. — Fr. Clemens ab eadem Civitate, Laicus candore animi singularis, devotus et obligationum suarum fidelis executor.

1895. ARRETIJ. — R. P. Marianus a Castro Urciae, cui pietas, modestia, prudentia et sancta conversatio erant venustus ornamentum.

DIE VIGESIMASECUNDA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1586. Monte Politiano. — Fr. Constantius a Senis, Laicus.
1590. Senis. — P. Raphael a Monte Sancti Sabini.
1602. Pistorii. — P. Gaspar a Piscia.
1602. Guami. — P. Severus a Liciniano.
1607. Colle. — P. Philippus a Massa in Valle Nebulae.
1611. Pistorii. — Fr. Paulus a Senis, Laicus.
1615. Lucae. — Fr. Aegidius a Pistorio, pariter Laicus.
1673. Loandae in Regno Congi. — R. P. Antonius a Seravetia, Concionator, qui cum in Provincia Theologiae cathedram obtinuisset et ob praestantes ingenii dotes ad altiora esset promovendus, apostolico spiritu ductus in Congi Missiones profectus est; ubi ardenti zelo multa bona operatus multaque mala passus est, donec labores servi sui coronaverit Dominus.
1694. Florentiae. — Fr. Dominicus a Plebe ad Fosinam, Laicus perfectionis studiosissimus, quippe qui orationis et virtutum exercitio ardentissimum erga Deum et proximum hauserat amorem.
1776. Turriculi. — Fr. Paulus ab Ecclesia Uzzanensi, Laicus, qui in invictae patientiae exercitatione sanctitatis famam adeptus est: quare magnus ad eius tumulum factus est popolorum concursus.
1783. Pisis. — R. P. Augustinus a Seravetia, Concionator, qui, ut perfectissimus Religiosus vixit, ita omnibus aedificationi fuit in suo piissimo obitu.

DIE VIGESIMATERTIA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1661. Burgi S. Laurentii. — Fr. Benignus a Florentia, Laicus.

1693. Varsaviae. — Fr. Iuniperus ab Apua, probatissimus Laicus, qui paupertatem semper prae oculis habens, in arte coementaria diu et fideliter adlaboravit.

1695. Florentiae. — R. P. Ioannes Baptista ab eadem Civitate, Concionator.

1726. Senis. — R. P. Hieronymus ab eadem Civitate, Concionator, ex Magister Novitiorum et pluries Guardianus: ortus ex familia Accarigiorum nobilissima, non tam genere quam omnium religiosarum virtutum splendore Ordinem illustravit; semper enim spiritualiter vixit et vere homo Dei fuit.

2744. Senis. — P. Benedictus a Casulis.

1824. Arretii. — P. Paschalis a Castula, summae virtutis et invictae patientiae Pater, qui ad proximos in rebus spiritualibus sublevandos omnem diligentiam adhibuit.

1877. Liburni. — P. Columbanus ab Apua.

1877. Florentiae. — Fr. Bonaventura ab Arretio, Laicus, qui summopere paupertatem et obedientiam dilexit.

1882. Ibidem. — P. Felicissimus a Gabiniana, Concionator et Missonarius Apostolicus, integerrimis moribus et columbae simplicitate praeditus; qui populari praedicatione et assidua sacramentalium Confessionum auditione multa bona in salutem animarum peregit.

DIE VIGESIMAQUARTA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1642. Florentiae. — Fr. Andreas a Senis, Studens.
1675. Liburni. — P. Bonaventura a Florentia.
1720. Pistorii. — R. P. Ioseph a Pistorio, ex nobili Scarfantoni genere ortus, religiosae perfectionis studiosus et pluries Guardianus, regularis observantiae eximius cultor; qui in Provinciae Poloniae fundatione bono exemplo et politis moribus multa contulit.
1726. Florentiae. — R. P. Ignatius a Puppio, quondam Gnardianus, cui inerat amor regularis disciplinae et religiosa vita.
1729. Sancti Cassiani de Florentia. — Fr. Lazarus a Florentia, Laicus.
1782. Senis. — R. P. Michaelangelus Senensis, qui optimis moribus et ingenio ditatus, divini Verbi fervidus et laudabilis Concionator evasit necnon Guardianus sollicitus et bonus.
1784. Florentiae. — Fr. Franciscus a Flumine Albo, Laicus, qui Pharmacopolae artem in saeculo exercens, Infirmarius in religione fuit charitate et devotione repletus.
1806. Ibidem. — R. P. Ioseph Maria a Seravetia, Concionator, vir eximiae virtutis et pietatis operibus usque ad senectutem valde exercitus.
1824. Liburni. — P. Faustinus a Ponte Aerae, benignitate, simplicitate, humilitate praeclarus et decorem Domus Dei summopere diligens.
1841. Florentiae. — Fr. Iacobus a Lauro, bonus Laicus.
1850. Prati. — R. P. Crispinus a Castula, Guardianus et ex Generalis Custos; qui sapienti moderatione, charitate et prudentia regularem disciplinam diligenter et studiose curavit.
1871. Agrae. — R. P. Paulinus a Puppio, Concionator et Missonarius Apostolicus studiosissimus, de quo multa praeclara gesta forsan narrarentur si ei vita non defuisset, Deo eius bonae voluntati praemia largiente.
1901. Pisis. — Fr. Seraphinus a Pancole, qui vix philosophiae studio admotus, phtisi affectus in festo Annuntiationis B. Mariae Virginis, quam summa devotione colebat, ut optaverat, obiit.

DIE VIGESIMAQUINTA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1650. Pisis. — Fr. Simplicianus a Fighino de Balneis, Laicus, qui ut pie vixit, ita sancte obiit.

1693. Senis. — P. Dominicus a Cassia Umbrae, qui, defuncta uxore et mercatura relicta, filios suos in religionem nostram secutus et in omnium virtutum exercitationem perseverans, piissime obdormivit in Domino.

1694. Arretii. — R. P. Ioseph M.ª a Mediolano, pluries Guardianus, pietate et eximia exemplaritate refulgens.

1698. Lucae. — P. Ioannes Baptista a Sorano.

1746. Ibidem. — P. Ioseph Maria ab Augusta Taurinorum, ex nobilissima Comitum Broglio prosapia oriundus; qui vitam devotam cum Christo absconditam et multis virtutibus ornatam piissima morte absolvit.

1804. Ponte Aerae. — P. Nicolaus a Sancto Miniate, pluries Guardianus, qui regularem disciplinam sedulo custodivit.

1805. Senis. — Fr. Simon a Sorano, Laicus, morum compositione et animi devotione ornatus.

1845. Florentiae. — R. P. Antonius Felix a Pistorio, pluries Guardianus, qui in Seraphica Professione adimplenda fidelem se praebuit.

1856. Sancti Geminiani. — Adm. R. P. Mamilianus ab Icilio, Concionator et ex Lector. Ipse autem non paucis meritis et non mediocri doctrina praeditus, etiam Provinciae gubernacula difficilimis temporum adjunctis obtinuit, summa constantia, longanimitate et prudentia rexit: honorem Dei et Religionis decorem per regularis disciplinae observantiam promovit.

DIE VIGESIMASEXTA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1591. Florentiae. — P. Marcus a Marrario, magnae simplicitatis, humilitatis atque orationis Religiosus, qui etiam diem mortis suae praedixit.

1616. Arretii. — Fr. Sebastianus a Rovertiano, Laicus.

1634. Liburni. — P. Antonius ab Abbatia Sancti Salvatoris.

1715. Lucae. — P. Franciscus M.a a Florentia, Concionator, ex clara progenie De-Nobili ortus, qui in longo patientiae exercitio, diuturnis et gravibus morbis toleratis, ad voluntatem Dei bene conformatus vixit et piissime obiit.

1720. Florentiae. — Fr. Hilarius a Florentia, devotissimus Studens.

1729. Ibidem. — R. P. Ambrosius a Florentia; qui zelo animarum fuit conspicuus in praedicatione et bono exemplo ad ultimam usque senectam.

1758. Monte Politiano. — Fr. Hadrianus a Florentia, Clericus.

1761. Florentiae. — Fr. Humilis a Prato, Laicus; qui propter suos exemplares mores non solum a Religiosis fratribus, sed etiam saecularibus magni habitus est.

1784. Ibidem. — R. P. Ignatius ab eadem Civitate, Concionator probatissimus et patiens in adversis.

1818. Apuae. — R. P. Franciscus a Seravetia, vitae integer et pluries Guardianus, regularis observantiae cultor.

1899. Arretii. — Fr. Valerianus a Biblena, Laicus, qui in humilitate et silentio morigeram ac devotam duxit vitam.

DIE VIGESIMASEPTIMA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1591. FLORENTIAE. — P. Angelus a Forolivii, in omni virtutum genere exercitatus et in morte a B.ª Virgine et S. P. N. Francisco apparentibus de sua salute certior factus est.

1609. PISIS. — P. Dionysius ab eadem Civitate.

1611. VOLATERRIS. — P. Ioannes a Ponte Rifredo, Provincialis socius.

1613. LUCAE. — Fr. Mansuetus a Pientia, Laicus.

1615. MONTE ACUTO. — Fr. Nicolaus a Thipherno, pariter Laicus.

1621. SANCTI CASSIANI DE BALNEIS. — P. Franciscus a Radicophano.

1693. SENIS. — R. P. Franciscus a Colle, pluries Guardianus; qui in saeculo ex nobili Sabolini genere ortus, in religione bonus et pius, simplex et rectus fuit.

1711. LICINIANI. — Fr. Franciscus a Radicophano, Laicus.

1785. SENIS. — Fr. Antonius a Monterone, Laicus, bonus senex, qui sexta feria Maioris Hebdomadae quum viam Crucis ageret, apopletico morbo correptus die solemni Paschae obdormivit in Domino.

1812. SANCTO SALVATORE DE BAHIA. — R. P. Raymundus a Decumano, Concionator et Missionarius Apostolicus, qui sexta feria Majoris Hebdomadae meruit, ut spes est, coelesti gloria a Domino coronari.

DIE VIGESIMAOCTAVA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1605. Pisis. — P. Ciprianus a Volaterris.

1619. Sancto Miniate. — P. Ioseph a Castro Florentino.

1621. Turriculi. — Fr. Antonius a Monte Carolo, Laicus.

1678. Florentiae. — R. P. Angelus a Luca, Concionator, ex Magister Novitiorum et iam Guardianus, qui magnus fuit servus Dei, studio orationis, mortificationis, omnimodae virtutis maxime addictus.

1706. Lucae. — R. P. Prosperus a Massa Ducali, quondam Guardianus.

1714. Liburni. — P. Carolus M.[a] a Pisis, qui, sicut medicinae Doctor aegrotorum corpora in saeculo sanavit, ita in Religione Medicus animarum peritissimus fuit: nam in Liburnensi Ergastulo diu manens multos reduxit in viam salutis.

1790. Senis. — Fr. Michaelangelus a Castro Plano, Laicus, qui in cunctis officiis suis se exhibuit Religiosum bonum et fidelem.

1806. Florentiae. — R. P. Stanislaus a Fivizzano non semel Guardianus, de quo dici potest verum Sancti Patris Francisci filium in omnibus et semper se exhibuisse.

1865. Ibidem. — R. P. Fridericus a Florentia, qui, postquam dederit insignis charitatis specimen, peste correptis sponte opitulando, per duodecim annos magno zelo Montis Hughiorum Vicariatum gessit.

DIE VIGESIMANONA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1609. Florentiae. — Adm. R. P. Gabriel a Montepolitiano, Guardianus, vir summis dotibus praeditus: idcirco praedicatione verbi Dei clarus per totam Italiam evasit et bis Provincialis officio functus est.

1611. Sancti Cassiani de Balneis. — Fr. Matthaeus a Petroio, Laicus.

1614. Monte Varchio. — Fr. Laurentius a Luca, Clericus ex nobili Gherardorum genere ortus.

1674. Senis. — Fr. Marianus a Seravetia, Laicus.

1696. Lucae. — Fr. Iacobus a Castro Buyti, pariter Laicus, invicta animi patientia in aegrotationibus donatus, cujus exercitio et complures alias cumulavit virtutes.

1775. Sancti Cassiani ad Florentiam. — Fr. Bernardus a Rumula, bonus et operis coementarii indefessus et excellens Magister.

1781. Turriculi. — R. P. Felix a Massa in Valle Nebulae, Concionator, diligens Guardianus et in omnibus commendabilis.

1798. Florentiae. — Fr. Paulus ab Ecclesia Uzzanensi, Laicus, qui fervorem devotionis et spiritum orationis nunquam dimisit.

1800. Arretii. — P. Felix a Laterina, Concionator multis virtutibus, sed praecipue patientia praeditus.

1876. Florentiae. — R. P. Clementinus a Gabiniana, ferventissimus et efficax Concionator et pluries Guardianus, regularis observantiae summus amator et vindex.

DIE TRIGESIMA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1655. LUCAE. — Fr. Damianus a Sancta Cruce, Laicus, qui simplicitate columbae et magna charitate proximis praesertim peste infectis Deoque inserviens sategit ut per bona opera certam suam vocationem et electionem faceret.

1659. CORTONAE. — Fr. Silvester a Ponte Moriano, etiam Laicus, pari sanctitate vitae donatus; nam in orationis studio, in solitudine, in labore et perfectae charitatis exercitio totam exegit vitam.

1682. LUCAE. — R. P. Simon a Gallicano egregius Concionator, exemplaris Religiosus et saepe etiam Guardianus multa prudentia ditatus.

1695. MUTINAE. — P. Felix a Luca, qui studiorum suorum tempore pie obiit.

1712. PISIS. — Fr. Marianus a Castro Buyti, Laicus.

1719. SENIS. — R. P. Bernardinus a Sorano, Concionator.

1738. IBIDEM. — R. P. Ioannes Baptista a Senis, insignis Concionator et Guardianus.

1761. VOLATERRIS. — Fr. Iustus ab eadem Civitate, Laicus, qui simplex et diligens sua onera exacte persolvit.

1806. FLORENTIAE. — R. P. Aloysius a Volaterris, fervidus Concionator, qui adhuc iuvenis prae sua prudentia Guardianus electus est.

1853. ITEM. — R. P. Exuperantius a Colle Computi, Concionator: multo zelo et perseverantia praeditus, ad ea charitatis opera, quae Sacerdotum intersunt, alacer semper visus est.

1896. IBIDEM. — Adm. R. P. Aloysius a Signa, egregius Concionator, qui Lectoris, Definitoris et Guardiani munere functus in senectute bona quievit in pace.

DIE TRIGESIMAPRIMA MARTII

DEFUNCTI SUNT

1666. S. Cassiani de Florentia. — R. P. Ambrosius ab Ameria, fervidus Concionator, qui vitam sanctam et austeritate magis admirabilem quam imitabilem duxit: nam saepe a cibo et a potu per aliquos dies prorsus abstinuit: tandem cum fama sanctitatis pientissime obiit et magno populorum concursu ad tumulum translatus est.

1705. Lucae. — Fr. Petrus ab Emporio, Laicus bonus et prudens.

1730. Florentiae. — Fr. Hieronymus ab eadem Civitate, pariter Laicus.

1736. Lucae. — Fr. Bernardus a Pisis, etiam Laicus, qui in exercitio religionis et pietatis per sexaginta annos fideliter perseveravit et octogenarius pie mortem oppetiit.

1741. Ibidem. — Fr. Bernardinus a Barga, Clericus morigerus et studiosus.

1762. Ibidem. — Fr. Stephanus a Lamporechio, Laicus.

1811. Castulae. — F. Modestus a Castula, Laicus, qui devotissime cursum vitae complevit.

1867. Florentiae. — F. Ioannes Baptista a Mugello, pariter Laicus, qui acceptum pietatis et devotionis spiritum nec desipiens amisit.

1868. Apuae. — Fr. Iustus ab eadem Civitate, item Laicus.

1873. Florentiae. — Fr. Felix a Turriculo, etiam Laicus irreprehensibilibus moribus praeditus, necnon devotus et fidelis in omnibus officiis suis.

DIE PRIMA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1592. CORTONAE. — P. Arsenius a Pistorio, e Domo Bucci, Novitius, qui post aliquos sui tirocinii menses sancto fine quievit.

1625. SARTEANI. — Fr. Sanctes a Senis, Laicus, ex nobili familia Sancti ortus.

1641. SENIS. — P. Bernardinus ab eadem Civitate, qui perillustrem Domum Piccolomini Carli deserens et cingulum militarem abiiciens in omni austeritate et humilitate se Domino mancipavit.

1690. FLORENTIAE. — P. Ioseph M.ª a Colle, qui dans operam scientiae nec virtutem praetermittens, meritis locuples piissime quievit.

1763. IBIDEM. — R. P. Martinus a Burgo Sancti Laurentii, Concionator et persaepe Guardianus.

1763. ITEM. — Fr. Cajetanus a Lignaria, Laicus.

1763. IBIDEM. — Fr. Stephanus a Pistorio, item Laicus.

1821. SENIS. — Fr. Felix a Sancto Geminiano, pariter Laicus.

1828. CORTONAE. — Fr. Petrus ab Arretio, item Laicus, qui exemplaritate morum maximi fuit apud omnes.

1868. FLORENTIAE. — P. Norbetus a Fivizzano.

DIE SECUNDA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1631. Pisis. — P. Albertus ab eadem Civitate.

1667. Senis. — P. Ioannes Franciscus ab eadem Civitate, qui ex nobili Familia Gabrielli ortum acceperat.

1682. Volaterris. — Fr. Illuminatus ab eadem Civitate, optimus Laicus.

1706. Florentiae. — R. P. Hippolytus ab eadem Civitate, B. Hippolyti Galantini pronepos, Concionator et saepe Guardianus semperque optimus Pater; qui minicularíam artem, qua pulcre pollebat, etiam pro Rege christianissimo bona cum laude exercuit.

1711. Burgi S. Laurentii. — R. P. Ubaldus a Florentia, Concionator, ex nobilissima Strozziorum progenie ortus, qui propter suum regularis observantiae amorem necnon probitatem, prudentiam, comitatemque plurium Conventuum fuit Superior et Hetruriae triremium a sacris.

1736. Florentiae. — Fr. Gabriel ab Impruneta, Laicus, cuius charitas vere materna laudatur in aegrotos, quorum infirmarius peritissimus maximam curam gerebat.

1741. Lucae. — R. P. Bernardus a Piscia, fervens Concionator et ob religiosae vitae tenorem multum commendabilis.

1790. Florentiae. — Fr. Iacobus a Sancto Geminiano, Laicus laboris admodum patiens, qui et sancte vixit et pie obiit.

1856. Item. — Fr. Bernardus a Levane, Laicus in officiis suis diligentissimus et timoris Domini plenus.

1880. Ibidem. — R. P. Augustinus a Prato, Concionator, qui nactus indolem bonam, vitam duxit semper probatissimam.

DIE TERTIA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1603. MONTE S. SABINI. — R. P. Simplicianus a Mediolano, Concionator.
1605. SENIS. — Fr. Faustus a Senis, Laicus.
1610. EMPORII. — R. P. Eugenius a Castula, Concionator.
1621. LIBURNI. — Fr. Alexius a Mediolano, Laicus.
1631. FERRARIAE — Fr. Michael a Campis, pariter Laicus.
1645. MONTE VARCHIO. — Fr. Alphonsus a Pistorio, item Laicus.
1679. MONTE S. SABINI. — R. P. Ioannes Baptista ab eodem loco, Guardianus.
1680. FIGHINI. — Fr. Iuniperus a Massa Ducali, admodum exemplaris Laicus.
1745. ARCIDOSSI. — R. P. Philippus a Seravetia, egregius Concionator et ita praeclaris dotibus et virtutibus insignitus, ut omnibus in aestimatione et amore fuerit.
1769. LUCAE. — P. Ioseph a Luliano, in pietatis et orationis exercitio optime versatus.

DIE QUARTA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1655. FLORENTIAE. — Fr. Sebastianus a Sancto Leone, Laicus laboris patiens et charitatis plenus.

1667. LUCAE. — P. Placidus ab eadem Civitate, magnus Dei servus.

1678. UTINI. — R. P. Franciscus M.ª a Florentia, Concionator, iam in Regno Congi zelantissimus Missionarius, pluries Guardianus semperque probus et exemplaris.

1693. MONTE S. SABINI. — Fr. Felix a Cortona, Laicus.

1703. ROMAE. — R. P. Nicolaus a Luca, Concionator ex nobili genere Barsotti oriundus, qui praedicationis causa in almam Urbem profectus ibi mortem oppetiit.

1767. SENIS. — P. Raphael ab eadem Civitate.

1778. FLORENTIAE. — Fr. Laurentius ab Apua, Laicus, qui lenitati indolis religiosarum virtutum exercitium copulavit.

1779. VOLATERRIS. — R. P. Ioannes M.ª ab eadem Civitate, Concionator et pluries Guardianus, vir multa prudentia et discretione in regendis fratribus donatus, quibus zelum et amorem disciplinae regularis et alias virtutes adiunxit.

1786. FLORENTIAE. — Fr. Bernardus a Prato, Laicus, qui omnimoda patientia per viginti annos infirmitatem sustinuit et sic probatus tandem sancto fine quievit.

1820. ITEM. — R. P. Ioannes Baptista a Florentia, non mediocris famae Concionator, qui actam vitam probatissimam sancte complevit.

1858. IBIDEM. — R. P. Clemens a Florentia, Concionator et Guardianus, qui ob egregias dotes omnibus carus fuit, sed maxime charitatis dono enituit in adsistentia morbo epidemico infectis sponte et assidue praestanda.

1894. CORTONAE. — Fr. Balthassar a Podiobonitio, Laicus, qui omnibus diebus vitae suae, proprioribus sui status virtutibus ornatum se praebuit, praesertim humilitate, obedientia et devoto labore.

DIE QUINTA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1593. SENIS. — P. Dominicus a Clanciano.
1605. IBIDEM. — Fr. Paulinus a Luca, Laicus.
1635. FLORENTIAE. — P. Liberius a Cortona, exemplarissimus et pius.
1702. PISTORII. — Fr. Raphael a Colle, Laicus, bonus honoratus ac laboriosus.
1713. FLORENTIAE. — Fr. Ioannes Baptista a Mugello, item Laicus et pari laude dignus.
1736. LIBURNI. — R. P. Ioachim a Puppio, Concionator et semel Guardianus; sed per multos annos in Hospitali Sanctae Mariae Novae Praeses Fratrum prudens et pervigil.
1783. FLORENTIAE. — P. Antonius M.[a] ab Apua, Concionator valde probus.
1787. IBIDEM. — R. P. Maximinus a Florentia, Concionator, non semel Guardianus, qui devotam et exemplarem gessit vitam.
1824. SENIS. — Fr. Antonius Franciscus a Sancto Geminiano, Laicus, qui religioso spiritu imbutus ob oculos omnium se posuit hilarem, patientem, integra virtute exemplarem.
1882. FLORENTIAE. — R. P. Leonardus a Florentia, qui pluries Guardiani munus zelo et observantiae regularis studio obivit.

DIE SEXTA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1656. Arretii. — Fr. Franciscus a Monteacuto, Clericus ex nobilissima stirpe Comitum Barbolani progenitus.

1663. Pistorii. — P. Fidelis ab eadem Civitate, qui ex nobili domo Fabbroni genitus et in equestri ordine constitutus, ingenio emicuit in saeculo: sed latere voluit in claustro, totum religiosis virtutibus sibi comparandis augendisque animum impendens.

1663. Senis. — Fr. Felix a Florentia, Laicus.

1664. Florentiae. — Fr. Bonaventura a Fighino, pariter Laicus, qui artem medicam, quam callebat, omni charitate exercuit.

1671. Senis. — Fr. Hadrianus a Castro Novo Berardingae, optimus Laicus.

1702. Prati. — P. Iacobus a Serripoli, e domo Mastripieri, qua multi et probi viri religiosi prodierunt, velut Hic Noster, qui simplex et rectus corde, ferventiorem orationis et devotionis spiritum enutrivit.

1712. Liburni. — R. P. Dionysius a Pistorio, Concionator.

1735. Florentiae. — Fr. Carolus ab Uzzano, Laicus.

1736. Ibidem. — R. P. Franciscus ab Ecclesia Uzzanensi, Concionator et Guardianus, prae religiosis moribus imitatione plane dignus.

1740. Lucae. — R. P. Petrus a Controne, Guardianus: qui multis virtutibus sed praecipua charitate praeluxit.

1743. Pisis. — Fr. Aegidius a Massa, Laicus, qui post longum patientiae exercitium optimo animo cursum consumavit.

1757. Turriculi. — Fr. Seraphim a Piscia, Laicus.

1768. Arcidossi. — R. P. Ioannes Paulus a Senis, huius Coenobii Vicarius.

1788. Sancto Miniate. — P. Franciscus ab Apua, Concionator multo zelo praeditus, qui brevi vivens tempore optime se gessit et pie obiit.

1797. Puppii. — Fr. Mansuetus a Castula, bonus Laicus ad omnia sui status munia obeunda bene dispositus.

1837. Fighini. — Fr. Octavianus a Casale, Laicus, bonae vitae Religiosus et S.ae Obedientiae praecipue amator.

1892. Florentiae. — Fr. Ignatius a Castro Plani, pariter Laicus et pari bonitate vitae donatus, miti subiectoque animo praeditus.

1901. Emporii. — Fr. Aloysius a Partina Laicus, spiritu seraphico imbutus, humilitate, patientia, laboris amore et devotione praeclarus.

DIE SEPTIMA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1603. SEGORBIGAE. — R. P. Aegidius a Porto Sanctae Mariae, Hispanus; sed nostrae Provinciae alumnus, qui zelo in Apostolico ministerio obeundo et sanctitate vitae effulsit.

1652. LUCAE. — R. P. Honorius a Plebe ad Fosinam, Concionator, ex Magister Novitiorum et saepe Guardianus, cui inerat summa integritas morum et singularis austeritas.

1761. SENIS. — R. P. Ansanus ab eadem Civitate, Concionator et Vicarius.

1784. PISIS. — R. P. Carolus ab eadem Civitate, bonus et valde efficax Concionator et pluries Guardianus.

1814. FLORENTIAE. — Fr. Angelus a Monte Varchio, Laicus.

1821. PONTE AERAE. — R. P. Dominicus a Stathiema, egregius Concionator et pluries Guardianus observantiae amator ex animo.

1845. PISIS. — P. Clemens ab eadem Civitate, apostolico zelo incensus et regolaris disciplinae cultor assiduus.

1850. FIGHINI. — R. P. Caelestinus a Septignano, Concionator et Vicarius, mitis, modestus ac totus in amore fraternitatis.

1870. EMPORII. — P. Henricus ab Apua, pluries Guardianus, qui sanctitate vitae floruit.

1876. AGRAE IN INDIA. — Fr. Seraphim a Sancto Marcello, Laicus, qui tum in Provincia, quum in Missione vitam duxit laboriosam et exemplarem.

DIE OCTAVA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1591. Pistorii. — P. Iacobus a Cremona, qui virtutum omnium splendore refulsit, praesertim in observandis S. P. N. quadragesimis solo pane et aqua, in amore paupertatis, obedientiae studio, orationis assiduitate, ferventiore erga B.am Virginem devotione, tolerandis patientissime infirmitatibus singularis fuit: in extremis denique constitutus a S. P. Francisco ad sacrorum stigmatum osculum admissus est et a SS.a Virgine sibi apparente suaviter confortatus.

1614. Lucae. — Fr. Ioannes a Bientina, Laicus.

1621 Sancti Quirici. — Fr. Marcus a Marrario, Laicus.

1701. Florentiae. — P. Laurentius ab eadem Civitate, qui licet austerus et exemplaris; tamen statutis temporibus et religiose comis fuit.

1721. Item. — Fr. Felix a Volaterris, Laicus.

1802. Senis. — P. Franciscus a Vernio, aetate quidem iuvenis, sed senex virtutibus.

1846. Pisis. — P. Eligius ab Apua, patiens et exemplaris.

1895. Sebastianopoli in Brasilia. — R. P. Gregorius a Prato, Concionator et zelantissimus Missionarius Apostolicus in Regione Brasiliensi, qui bono spiritu repletus et optimis moribus imbutus, multa opera bona patravit et sibi merita insignia adquisivit.

DIE NONA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1626. Florentiae. — P. Iacobus ab Arretio ex nobili genere Francini natus, verus S. P. Francisci filius in finem usque perseverans.

1633. Item. — Fr. Clemens a Monte Latrone, Laicus insigni sanctimonia praeditus; devotione pietate, observantia regulari, et studio orationis ferme singularis; ut eius fama sanctitatis magnam Populorum multitudinem ad illius tumulum ex tempore adduxerit.

1681. Item. — R. P. Ioannes ab Albula, saepe Guardianus, semper aequanimis suorumque officiorum diligens observator.

1722. Ibidem. — P. Bernardinus ab Arretio, adhuc studiis et perfectioni intentus et in exercitio charitatis erga infirmos lethali morbo correptus.

1750. Lucae. — P. Antonius a Sovana, Concionator bonus, patiens et in Virginem Dei Matrem magna devotione donatus.

1761. Sancti Quirici. — Fr. Ioseph a Pomino, Laicus.

1763. Turriculi. — Fr. Ioannes Baptista, pariter Laicus et per annos plurimos infirmorum curator beneficus.

1854. Emporii. — R. P. Nicolaus a Capalle in Fighinensi Coenobio Guardianus; qui dum apostolico zelo praedicationi quadragesimali incumberet, extremo morbo defecit, adstantibus bonis ipsius exemplis instructis.

1856. Florentiae. — Fr. Constantinus a Marrario, Laicus.

1881. Ibidem. — Fr. Alexander a Colle, pariter Laicus.

DIE DECIMA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1591. FLORENTIAE. — Fr. Fabianus a Bergomo, Laicus regularis observantiae et paupertatis amantissimus, qui et in oratione saepe ecstases passus est.

1644. FLORENTIAE. — P. Laurentius a Radicophano, Concionator.

1666. LUCAE. — P. Felix a Corelia, adhuc studiis operam navans, singulari bonitate donatus.

1687. SENIS. — P. Marcellus a Castro Urciae.

1690. LUCAE. — Fr. Benignus a Burgo Manero, Laicus vere benignus et devotus.

1729. SENIS. — Fr. Felix a Liciniano, Laicus.

1778. LUCAE. — Fr. Callistus a Marlia, item Laicus, qui, ut bonus Religiosus vixit; ita sincerae pietatis signa in mortis articulo dedit.

1785. SENIS. — Fr. Thomas a Fibiana, pariter Laicus admodum probus.

1834. FLORENTIAE. — Fr. Vitalis a Prato, item Laicus optimis ornatus moribus, devotus, laboriosus, obediens.

1854. PECCIOLI. — Fr. Seraphim a Ponte Aerae, item Laicus religiosis virtutibus addictus.

1900. MASSAE SUPERIORIS IN DIOCESI RODIGIENSI. — R. P. Samuel a Liciniano, Praedicator, iuvenum institutor atque Lector, qui iuventutem non tanctum doctrina sed etiam dictis et factis ad pietatem erudire curavit, et maiora explevisset munia, nisi, quum eo in loco in Verbi Dei praedicationem incumberet, immaturo sublatus esset fato.

DIE UNDECIMA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1638. PISTORII. — P. Ioannes Maria a Seravetia, Concionator.

1693. LUCAE. — R. P. Bonaventura a Trasilico, Concionator, optimus Sacerdos et aliquoties Guardianus.

1702. FLORENTIAE. — Fr. Franciscus a Pomino, Laicus lenis, fidelis in omnibus operibus suis, probatissimus.

1722. LUCAE. — Fr. Antoninus a Casule Lunensi, item Laicus, qui in longo vitae suae curriculo laudabiliter Deo et Religioni servivit.

1728. ITEM. — P. Cherubim a Liburno.

1759. IBIDEM. — Fr. Damianus a Bovelio, Laicus.

1769. EMPORII. — R. P. Fidelis ab eodem Loco, Concionator et iam Guardianus.

1797. ROMAE. — R. P. Zenobius a Florentia, Generalis Archivii Custos, perfectus vir et in Beatissimam Virginem devotissimus.

1805. ARRETII. — R. P. Hermenegildus a Biturgia, Concionator et saepe Guardianus.

1837. FIGHINI. — Fr. Gabriel a Pistorio, Laicus.

1840. FLORENTIAE. — Fr. Ioachim a Lauro, pariter Laicus religiosis virtutibus, praesertim obedientia probatus.

1894. PISIS. — Fr. Seraphim a Pistorio, item Laicus, vir moribus et religiosa vita, prudentia et charitate spectabilis.

DIE DUODECIMA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1633. TURRICULI. — R. P. Andreas a Colle de Valle Nebulae, aliquando Guardianus.

1649. LIBURNI. — R. P. Andreas ab eadem Civitate, Concionator et Vicarius.

1651. LICINIANI. — R. P. Aloysius a Monte Politiano, ex nobili Aegidiorum progenie natus, qui pluries Guardianus fuit et semper optimus Religiosus.

1665. FIGHINI. — Fr. Aegidius ab Arciliano, Laicus.

1742. FLORENTIAE. — Fr. Alexander ab eadem Civitate, pariter Laicus ingeniosus, regularis observantiae assiduus cultor, pius ac modestus.

1768. ITEM. — R. P. Vincentius a Seravetia, Concionator.

1802. IBIDEM. — P. Seraphim a Florentia, Studens, qui in Nosocomio Civitatis aegrotis adsistens, diro morbo correptus victima suae charitatis occubuit.

1824. PISIS. — P. Philippus a Cassina, spectatae vitae Sacerdos zelo honoris Dei et regularis observantiae amore flagrans.

1846. ARRETII. — Fr. Antonius ab Abbatia ad Pinnam, Laicus innocentia morum, charitate erga proximum perfectaque obedientia commendatus.

1868. PARII. — Fr. Bernardinus ab eodem Loco, item Laicus.

DIE DECIMATERTIA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1634. PISTORII. — P. Marcellus a Gabiniana.

1652. VOLATERRIS. — Fr. Carolus ab Arretio, Laicus.

1688. PRATI. — Adm. R. P. Seraphim a Burgo Sancti Laurentii, Concionator, ex Definitor et persaepe Guardianus; qui observantiae regularis et orationis studio multas adeptus est virtutes et dono lacrymarum insignitus.

1688. LUCAE. — R. P. Ioannes a Ponte Aerae, Concionator et pluries Guardianus, qui spiritu vivens et ambulans perfecti Religiosi meritus est laudem.

1700. ITEM. — Fr. Onufrius a Pistorio, Laicus laboriosus et exemplaris.

1774. LIBURNI. — R. P. Franciscus Xaverius ab eadem Civitate, Concionator.

1777. FLORENTIAE. — Fr. Sebastianus a Lauro, Laicus.

1790. ITEM. — R. P. Fortunatus a Pisis, egregius Concionator; qui pluries etiam Superior zelo et prudentia commissas sibi Familias gubernavit.

1839. VOLATERRIS. — R. P. Alexius a Florentia, Concionator et Guardianus, bonus et alacer servus Dei.

1877. LIBURNI. — R. P. Archangelus ab eadem Civitate, Concionator, qui divini verbi praedicationem ingenti animarum fructu per annos multos laudabiliter obivit: et in Religionis proposito ad mortem usque fidelis perseveravit.

1878. PECCIOLI. — Fr. Bartholomaeus a Sancto Petro, Laicus, qui laborem et regularem observantiam amico foedere iunxit nec alias virtutes praeterivit.

1888. SENIS. — Adm. R. P. Petrus M.ª a Florentia Concionator ex Provincialis titulo insignitus et Guardianus: vir fuit omni laude dignus: propter egregias animi dotes per multus annos munus a secretis Provincialis et Generalis exercuit, et Deum fideliter in laetitia cordis et spiritus fervore inserviit.

DIE DECIMAQUARTA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1670. Florentiae. — Adm. R. P. Archangelus a Cigolo, Concionator, pluries Guardianus, Definitor et Provinciae Vicarius. Vir fuit eruditus, humanus et prudens et in omnibus exemplaris.

1671. Arretii. — R. P. Michael a Strata, Guardianus.

1682. Senis. — P. Franciscus Maria a Pistorio.

1696. Pisis. — R. P. Ioseph a Senis, Concionator ex nobili Vannocciorum familia, qui iam eques Stephanianus, alacriter ad humilem Crucis sequelam convolavit et optimus Christi miles evasit, iugiter in orationem et salutem animarum procurandam incumbens.

1719. Arretii. — Fr. Clemens a Castrunculo, Laicus.

1765. Sancto Miniate. — R. P. Philippus M.ª a Liburno, Concionator et Guardianus.

1768. Senis. — R. P. Franciscus ab eadem Civitate, egregius Concionator et Radicophani Guardianus, bene de Religione meritus.

1783. Castulae. — R. P. Sebastianus a Cortona, Concionator et iam in Thunetana Missione Praefectus Apostolicus, quam per viginti annos studiose et fructuose excoluit.

1785. Puppii. — R. P. Antonius Felix a Florentia, dum munus concionatoris obiret: erat enim Cortonae Guardianus. Vir fuit salutis animarum aliarumque virtutum amore succensus.

1822. Mutili. — P. Antoninus a Florentia, postquam magno fervore devotionis vix primum Missae litasset sacrificium.

1826. Arretii. — P. Ioseph M.ª ab eadem Civitate, probitate, divini honoris et regularis observantiae zelo conspicuus.

1842. Colle. — Fr. Nicolaus a Ponte Aerae, Laicus.

DIE DECIMAQUINTA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1631. Pisis. — Fr. Faustinus a Castro Buyti, Laicus.
1632. Pistorii. — Fr. Ioannes a Monte Fullonico, item Laicus.
1641. Arretii. — Fr. Andreas a Castro Buyti, item Laicus.
1649. Senis. — Fr. Aegidius a Turriculo, pariter Laicus.
1721. Lucae. — R. P. Petrus a Barga, devotus et admodum fervidus Concionator, qui, quum permultos annos in salutem animarum impendisset, octogenarius maior ad praemium suarum virtutum a Domino vocatus est.
1753. Florentiae. — P. Laurentius a Pelago, adhuc Studens bonus et pacificus.
1786. Emporii. — R. P. Paulus a Montelupo, Concionator et Guardianus, qui ob suas egregias dotes omnibus acceptissimus evasit.
1801. Liburni. — R. P. Seraphim a Seravetia, Concionator et Guardianus, qui propter suam religiosam et exemplarem vitam, zelum praedicationis regularisque observantiae dilectus et magni ab omnibus factus est.
1809. Monte Politiano. — Fr. Bonaventura a Monte Sancti Sabini, Laicus.
1817. Pisis. — R. P. Donatus a Biduzano, Concionator, qui suae vocationi fidelis semper fuit.
1852. Agrae in India. — R. P. Bonaventura a Florentia, Concionator et Missionarius Apostolicus; Religiosus optimus, qui multis tum spiritus, tum mentis donis ornatus, vivens multa bona indefessus operatus est; in obitu multis honoribus parentatus.

DIE DECIMASEXTA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1597. Senis. — P. Ioannes Lusitanus, qui ex Observantium Familia ad nostram migravit: Religiosus fuit omni virtute praeditus; sed abstinentia, paupertate, orationis studio insignis.

1651. Lucae. — R. P. Hieronymus a Corsagna, Guardianus.

1716. Senis. — Fr. Ambrosius a Sancto Quirico, Laicus devotus et irreprehensis moribus.

1730. Florentiae. — P. Philippus M.ª a Florentia, Concionator: Pater consilio et prudentia singularis, quibus praeclaris dotibus plurima ad utilitatem et decorem Religionis attulisset, nisi diro morbo citus cessisset.

1733. Marangone. — R. P. Franciscus M.ª Castula, Concionator et Missionarius Apostolicus.

1817. Biturgiae. — R. P. Hilarion a Prato, Guardianus vigilantissimus, ab omnibus tum Religiosis quum Saecularibus lacrymatus.

1882. Florentiae. — R. P. Andreas a Sancto Domnino, Concionator zelo plenus et quondam etiam Guardianus: optimae observantiae, patientiae aliarumque non pauca praeclara virtutum exempla reliquit.

1882. Arretii. — Fr. Ioachim a Faltona, Laicus laboris patiens, devotus, exemplaris.

DIE DECIMASEPTIMA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1605. FLORENTIAE. — Adm. R. P. Bernardinus ab Uzzano, Concionator qui ob singularem virtutem munia Guardiani, Magistri Novitiorum, Definitoris et Provincialis feliciter obivit.

1610. TURRICULI. — P. Angelus a Piscia.

1611. FLORENTIAE. — Fr. Marianus a Senis, Laicus.

1621. LUCAE. — Fr. Marianus a Castronovo Regionis, Laicus.

1760. FLORENTIAE. — P. Bernardus ab eadem Civitate, qui non tam nobilitate generis, quam religiositate vitae Ordinis decorem auxit, erat enim ex illustri familia Gondi et moribus ditatus optimis.

1800. IBIDEM. — Fr. Laurentius a Burgo Sancti Laurentii, Laicus dives in fide, quae per charitatem operatur.

1803. ITEM. — Fr. Humilis a Burgo Sancti Laurentii, pariter Laicus vivens et moriens piissimus.

1855. EMPORII. — R. P. Raphael a Seravetia, Concionator, Vicarius et iam pluries Guardianus optimus et zelantissimus.

1879. PISIS. — P. Bernardus a Barberino Mugelli, adhuc Studens raro ingenio praeditus aliisque bonis dotibus cumulatus.

DIE DECIMAOCTAVA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1591. ARRETII. — Fr. Otho a Cortona, Laicus, qui inter alias animi dotes, tanto candore praeditus fuit, ut lethalis culpae labe nunquam contaminatus fuerit.

1632. VOLATERRIS. — Fr. Cyprianus ab eadem Civitate, Laicus.

1698. SENIS. — R. P. Ubaldus a Montelatrone, Concionator praeclaro ingenio et non minori pietate praeditus.

1731. LUCAE. — R. P. Chrysostomus a Florentia, Concionator, frequenter Guardianus, quique praestanti ingenio et multa eruditione ditatus Lectoris quoque munere egregie functus est; sed diuturni morbi ad altiora attingenda ei impedimenta fuere.

1749. MONTE ACUTO. — Fr. Ioseph a Quarata, Laicus laudabilis moribus et suo in munere fidelis.

1779. ARRETII. — P. Ioannes Chrysostomus a Trasilico, Concionator fervens, studiosus et moribus optimus.

1828. MONTE VARCHIO. — P. Philippus ab eodem Loco, cuius vita tam spectatae virtutis erat ut passim ab omnibus Philippus Bonus vocaretur.

1869. FLORENTIAE. — P. Iustinus a Turriculo, Concionator et sanctae vitae Sacerdos.

1879. ITEM. — R. P. Henricus a Florentia, Concionator, optatissimus Religiosus et multum laudabilis sive propter virtutes, quae eum perfectum omnibus exemplar, praecipue tironibus reddidere, sive propter suum sincerum religionis amorem.

1880. IBIDEM. — P. Philippus a Sancto Cassiano, Guardianus: pius, exemplaris et regularis disciplinae sectator, in charitate et in multa patientia probatus.

Fr. Olaus Castanus, Lapinus, qui inter alias [illegible]
[illegible] pra[illegible] [illegible] cculpa [illegible]
[illegible]

[illegible] Ovibtus, Lapinus

P. P. [illegible] Concionator [illegible]
[illegible]

P. P. [illegible] Concionator, [illegible]
[illegible] et [illegible]
Doctoris [illegible] est; sed diutum
[illegible] et [illegible]

[illegible] Lapinus [illegible]
[illegible]

P. [illegible] Concionator [illegible]

[illegible] P. [illegible] Lucas, cuius vita [illegible]
vitutis [illegible] Philippus Ba[illegible]

[illegible]

[illegible] Virtutes, quas [illegible]
[illegible] exemplis, praecipue [illegible]
[illegible] religiosis exercuit.

P. P. [illegible] Gaudianus: plus [illegible]
[illegible] in charitate et in [illegible]
[illegible]

DIE DECIMANONA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1684. SANCTO MINIATE. — P. Theodorus a Gello Lucensi, sanctae orationis studiosissimus.

1693. LIBURNI. — P. Franciscus a Sancto Miniate, bonitate vitae admodum commendabilis.

1714. FLORENTIAE. — R. P. Ioseph ab eadem Urbe, Concionator, ex Lector et Guardianus, qui ex nobili familia Gaburri ortus vitam multis virtutibus praecellentem duxit, quam munivit vigili religiosi silentii custodia.

1716. FIGHINI. — Fr. Gabriel a Calci, Laicus bonum exemplum praebens suisque virtutibus commendatus.

1718. ARRETII. — R. P. Iustinianus a Liburno, Concionator, qui miraculorum gratia donatus uti sanctus ab omnibus habitus est.

1726. PISTORII. — R. P. Antonius a Sancto Miniate parvo, Concionator.

1864. SANCTO MINIATE. — Fr. Liborius a Talla, Laicus laboris patiens, obedientiae et orationi necnon charitatis operibus addictus.

1875. ARRETII. — R. P. Bonaventura a Monte Carolo Vallis Nebulae, Concionator et saepenumero Guardianus, qui perbonus ac pietatis plenus, hilari natura donatus cunctisque acceptus ad seram usque aetatem religiosarum virtutum optimum praebuit exemplum.

1877. SANCTI CASSIANI. — R. P. Victorius a Capraria, Guardianus zelo divini honoris et proximorum salutis inflammatus, mitis atque beneficus.

DIE VIGESIMA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1640. Florentiae. — Fr. Modestus a Castula, Laicus devotissimus, omnibus virtutibus; sed praecipue charitate refertus.

1678. Puppii. — R. P. Iuniperus a Plebe Sancti Stephani, Concionator et semel Guardianus, probus et otii inimicus.

1702. Massae. — P. Bernardus a Seravetia, bonis ac exemplaribus moribus insignitus.

1715. Senis. — R. P. Clemens a Seravetia, Concionator et frequenter Guardianus.

1749. Pistorii. — R. P. Victorius ab eadem Civitate, Concionator et Vicarius.

1761. Liburni. — P. Valerianus ab eadem Urbe.

1768. Lucae. — P. Onorius a Trasilico, Concionator.

1768. Sarteani. — R. P. Constantinus a Sancto Donato, Guardianus.

1788. Turriculi. — Adm. R. P. Iuniperus a Decimo Lucensi, qui moribus et doctrina insignis magno zelo et fructu verbum Dei praedicavit, e suggestu iuvenibus nostris sacram Theologiam tradidit, gubernatione Definitor provinciae juvit, erudito et celebri opella usuram conflixit: apud homines Deumque sibi multa merita comparavit.

1857. Pistorii. — P. Thomas ab Apua, qui honorem et decorem Domus Dei permultum dilexit.

1860. Florentiae. — Fr. Ludovicus a Ponte Aerae, Laicus, vir obediens et erga omnes praecipue Dei Ministros obsequii plenus et Deiparae Virgini maxime devotus.

1861. Peccioli. — Adm. R. P. Ioannes Baptista a Liburno, Concionator, iam Novitiorum Magister, saepenumero Guardianus et Definitor; vir summae pietatis ac religionis et adeo salutem animarum cupiens ut in suis ferventioribus concionibus et in sacro poeninitentiae tribunali summopere niteretur devias ad Deum reducere.

DIE VIGESIMAPRIMA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1588. Senis. — P. Eusebius a Volaterris.

1600. Ibidem. — Fr. Vincentius a Senis, Laicus.

1602. Item. — Fr. Elzearius a Petiliano, pariter Laicus.

1651. Lucae. — R. P. Petrus a Convalle, magnae bonitatis Sacerdos, qui pluries Guardianus electus est.

1664. Florentiae. — Adm. R. P. Bernardus ab eadem Civitate, ex nobilissima Gondi Familia, Concionator, iam Guardianus et Definitor virtute eximius.

1674. Ibidem. — Fr. Placidus a Cento, Laicus laboriosus, candidus et pius.

1692. Senis. — Fr. Christophanus a Senis, pariter Laicus exemplaris et plenus charitate.

1707. Lucae. — Fr. Leo a Florentia, item Laicus probus, hilaris et erga aegrotos charitate insignis.

1734. Georgiae in Asia. — R. P. Angelus a Puppio, Concionator et per annos viginti indefessus et zelantissimus Missionarius Apostolicus.

1820. Arretii. — R. P. Franciscus a Vicomaiori, in Montis Acuti Coenobio Guardianus, qui regularis observantiae custos sapiens et prudens extitit.

1897. Pistorii. — R. P. Cajetanus a Burgo Sancti Laurentii, in illius Civitatis Hospitali Praeses et Curio, qui praeclaris dotibus, urbanitate praesertim et simplicitate ornatus omnium in se devinxit animos et multa bona in proximorum salutem operatus est.

DIE VIGESIMASECUNDA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1614. Florentiae. — P. Cherubinus a Bergomo.

1644. Ibidem. — Fr. Ioseph a Burgo Sancti Laurentii, Laicus.

1675. Senis. — P. Andreas a Florentia.

1681. Ponte aerae. — Adm. R. P. Andreas a Ponte Aerae, Concionator, qui virtute, prudentia et doctrina pollens honorifica Lectoris, Definitoris, Guardiani et tandem Provincialis munia obtinuit, quibus zelo et diligentia optime satisfecit.

1697. Pistorii. — Fr. Carolus a Florentia, Laicus probus et pius.

1723. Senis. — R. P. Franciscus M.ª a Volaterris, celebris Concionator, qui ex nobili genere Minucciorum ortus, religiosam vitam amplexatus alacri animo, Provincialis a Secretis munus laudabiliter tenuit, saepe vigilantissimus Guardianus fuit semperque optimus Religiosus.

1747. Florentiae. — Fr. Silvester a Sancto Domnino, Laicus.

1753. Ibidem. — Fr. Ioseph a Castro Plani, pariter Laicus benemoratus, devotus et exemplaris.

1757. Pisis. — R. P. Antoninus a Massa, Concionator.

1770. Ibidem. — R. P. Ioannes Baptista a Castro Buyti, Concionator, cuius virtus diuturnam infirmitatem laeto animo perpessi maxime enituit.

1901. Florentiae. — Fr. Angelicus a Castula: clericus Studens Professus, qui cum ob eximias animi dotes in spem bonam Religionis succresceret; phthisi correptus, singularia prorsus exempla edidit fortitudinis, patientiae, fidei et tenerrimae pietatis, donec, ingravescente morbo, moriendi obedientiam humiliter petiit et inter ardentiora ad Deum suspiria pretiosa in conspectu Domini morte occubuit.

DIE VIGESIMATERTIA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1593. FLORENTIAE. — P. Hilarius ab eadem Civitate.

1604. LICINIANI. — P. Georgius a Pistorio.

1610. MONTEVARCHIO. — Fr. Sanctes a Citerna, Laicus austeritate vitae, magna virtute et oratione commendatus.

1620. ITEM. — Fr. Villelmus a Monte Varchio, item Laïcus.

1627. IBIDEM. — Fr. Hieronymus a Mancione, pariter Laicus, simplex ac devotus frater, qui in exercitio invictae patientiae diu perseverans famam summae virtutis tenuit et mortuus magno populorum concurso translatus est ad tumulum.

1657. VOLATERRIS. — R. P. Bonaventura ab eadem Civitate, Concionator et Guardianus, qui iam Doctoris lauream in saeculo adeptus et ex Veranorum nobili familia ortus mundo valedixit constantique animo religiosam vitam prosequutus est.

1708. SENIS. — R. P. Franciscus a Radicophano, Concionator et pluries Guardianus.

1727. FLORENTIAE. — Fr. Nicolaus a Pistorio, Laicus qui diligentissime munus aegrotorum curandorum obivit.

1730. RADICOPHANI. — Fr. Sanctes a Luliano, item Laicus.

1795. LICINIANI. — R. P. Guidus a Cortona, multo zelo praeditus Concionator; qui ex nobili familia Corazzi natus, talis Religiosus evasit ut suarum virtutum omnibus praebuerit exemplum etiam in minoribus religiosae vitae disciplinis; ideoque pluries Guardianus vigilantissimus renuntiatus est.

1898. FLORENTIAE. — P. Silvester a Castula, qui in infirmo corpore sortitus animam bonam et ferventem brevi explevit tempora multa ad finem suum properans hilaris Deoque fidens.

DIE VIGESIMAQUARTA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1585. Arretii. — P. Philippus ab Agro Clusentino.

1601. Colle. — Fr. Lucas a Pistorio, Laicus.

1613. Monte Ilcino. — Adm. R. P. Angelus a Cortona, magnae sanctitatis et austeritatis Sacerdos; qui cum charitate et omnium virtutum exemplo tironum Magisterium diu obtinuit et frequenter Guardianus ac Definitor fuit

1674. Florentiae. — P. Aegidius ab eadem Civitate, Concionator, qui a nobili familia Lapi ortum accepit.

1736. Lucae. — Fr. Hieronymus a Pergine, Laicus.

1758. Item. — P. Ioseph a Sinalonga, Concionator.

1776. Florentiae. — P. Fortunatus a Clusio, qui cum omni probitate et exemplaritate religiosam vitam duxit.

1803. Item. — Fr. Andreas a Pistorio, Laicus.

1827 Arretii. — R. P. Innocentius a Casabassiana, Concionator et illius loci Vicarius, cuius religiosa virtus maximam commendationem meretur.

1864. Florentiae. — Adm. R. P. Augustinus a Pistorio, optimae notae Concionator, praeclaris virtutibus ornatus, frequenter Guardianus, Magister Novitiorum ac Provinciae Definitor.

DIE VIGESIMAQUINTA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1635. Pistorii. — R. P. Petrus a Guamo, Concionator et Guardianus regularis observantiae in primis sollicitus necnon singulari bonitate praeditus.

1660. Sancti Geminiani. — Adm. R. P. Prosperus a Massa, Concionator, Definitor et Senensis Coenobii Guardianus, qui bonis litteris et multa doctrina insignitus, Lectoris officium laudabiliter sustinuit.

1679. Pistorii. — P. Michael Angelus a Pistorio, Concionator.

1698. Florentiae. — Fr. Bartholomaeus a Mugello, Laicus, qui in multa patientia longûm experimentum infirmitatis passus est.

1698. Arretii. — Fr. Bernardus M.ª a Pratoveteri item Laicus laboris patiens et charitatis plenus.

1724. Turriculi. — Fr. Hieronymus a Vellano, pariter Laicus, qui ut bonus Religiosus vitam duxit integram praebuitque exemplar bonorum operum.

1782. Florentiae. — R. P. Philippus ab eadem Civitate, Concionator eximiis dotibus et multo zelo ornatus, et in comparandis suo statui congruentibus virtutibus studiosissimus.

1785. Pisis. — R. P. Ambrosius a Florentia, Concionator celebris, Lector eximius et optimus Religiosus.

1790. Florentiae. — R. P. Ioachim ab eadem Civitate, Concionator et una vice Guardianus.

1817. Ponte Aerae. — R. P. Paulus ab Apua, Guardianus bonus et exemplaris.

1901. Arretii. — Fr. Antonius a Maradio Laicus simplex, mitis, obedientiae et paupertatis amator, in B. Virginem et SS. Eucharistiae Sacramentum amore flagrans.

DIE VIGESIMASEXTA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1602. Puppii. — Fr. Franciscus a Monte Politiano, Clericus.
1607. Sancti Geminiani. — P. Philippus a Venetiis, ex nobili familia Paruta.
1613. Puppii — R. P. Celius a Vulparia, Guardianus.
1617. Florentiae. — P. Urbanus a Cortona.
1617. Volaterris. — R. P. Thomas a Florentia, Concionator et Guardianus de nobili Vinci genere ortus; vir magnae bonitatis, divini amoris plenus et suavi comitate donatus.
1668. M. Politiano. — Fr. Albertus a Senis, Clericus ex celeberrima Petrucciorum familia oriundus, qui brevem vitae suae religiosae cursum fecit piissime et devotissime moriens.
1734. Georgiae. — R. P. Joseph a Florentia, Concionator et Missionarius Apostolicus.
1737. Lucae. — Fr. Christophanus a Florentia, Laicus, vir probus et devotissimus, qui in Regno Poloniae diu immorans, optima praebuit exempla virtutum.
1869. Colle. — Fr. Laurentius ab Aretio, Laicus.
1877. Florentiae. — Fr. Joannes Baptista ab Apua, pariter Laicus exemplaris et patiens.
1900. Liburni. — R. P. Antonius Aloysius ab Apua, Praedicator, qui magna vigilantia officium Curionis in S. Andreae Ecclesia per plurimos annos obtinuit atque ita fideliter adimplevit, ut salutem sibi commissi gregis curans, etiam oves quae ex grege erravissent, sibi devinciret.

DEFUNCTI SUNT

1678. Volaterris. — Fr. Elzearius a Vichio, Laicus.

1724. Florentiae. — R. P. Bernardinus a Labrone, Concionator et non semel Guardianus.

1729. Item. — P. Franciscus ab Apua.

1748. Liburni. — Fr. Franciscus M.ª ab Asmidea, Laicus, qui per quadraginta annos stipem quaerens suis optimis moribus bonisque exemplis omnibus praeluxit.

1752. Pistorii. — Fr. Ludovicus a Valle Bramae, item Laicus in omnium virtutum exercitium suo statui convenientium intentus.

1759. Florentiae. — R. P. Joseph a Celle, Concionator et Coenobii SS. Conceptionis Guardianus, praeclaris virtutibus et eximiis dotibus in primis ornatus et insuper ad bonum proximorum procurandum necnon decorem nostri Ordinis promovendum indefessus.

1760. Arretii. — R. P. Joseph M. a Pratoveteri, Concionator ac venerabilis senex.

1768. Florentiae. — Fr. Franciscus a Capalle, Laicus, mortificationis amator et erga Beatissimam Virginem singulariter devotus.

1771. Sancti Geminiani. — Fr. Andreas a Petroniano, Laicus.

1801. Florentiae. — Fr. Nicolaus a Greve, pariter Laicus probus et exemplaris.

1833. Ibidem. — Fr. Ioannes Felix a Biturgia, item Laicus, qui copiosis operibus et bonis exemplis perdivitem duxit vitam.

DIE VIGESIMAOCTAVA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1614. FLORENTIAE. — P. Alexander ab Aretio, ex nobili Apolloni genere ortus, qui inter caeteras virtutes erga Beatissimam Deiparam Virginem tenerrima devotione enituit.

1615. SENIS. — P. Celsus ab eadem Civitate.

1618. PISIS. — R. P. Petrus a Cinigiano, Concionator Apostolicus et hac tempestate inter primos enumerandus, singulari bonitate et exemplo decorus et in humilitate ita fundatus, ut ad praelaturas oblatas nunquam passus sit promoveri.

1628. FLORENTIAE. — P. Michael a Controne.

1699. IBIDEM. — Fr. Seraphinus ab Emporio, bonus Laicus.

1723. PISIS. — R. P. Petrus a Corelia, multis religiosis virtutibus et litteris ornatus, Concionator doctusque Theologiae Lector.

1736. FLORENTIAE. — Fr. Laurentius ab Impruneta, Laicus.

1742. ITEM. — R. P. Dominicus a Corelia, pluries Guardianus.

1752. IBIDEM. — R. P. Iacobus a Florentia, Concionator.

1777. FIGHINI. — Fr. Paulus a Volaterris, Laicus.

DIE VIGESIMANONA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1605. Pistorii. — P. Michael Angelus a Corsica.

1612. Peccioli. — Fr. Ioannes a Pistorio, Laicus.

1616. Florentiae. — Fr. Felicianus ab eadem Civitate, pariter Laicus.

1656. Item. — R. P. Ioseph a Prato, ex nobili genere Braccioli natus; qui ob regularis observantiae amorem frequenter munus Guardiani adeptus est.

1738. Loandae in regno Congi. — R. P. Antonius Felix a Cortona, Concionator ex nobilissima Tommasi familia progenitus et inter Sthephanianos equites adscriptus, zelo dilatandae fidei ultra maria Missionarius Apostolicus progressus ibique multa gloriose operatus et dum regredi conabatur ad sanctorum patriam vocatus.

1772. Peccioli. — Fr. Franciscus M.ª a Seravetia, Laicus.

1779. Senis. — R. P. Philippus M.ª a Colle Elsae, Concionator, ex nobili de Sabolini Familia natus, qui ob morum suavitatem virtutumque copiam apud omnes optimus habitus est, et saepe Guardianatus officium cum laude obtinuit.

1802. Florentiae. — Fr. Paulus a Ripoli, optimus Laicus.

1820. Biturgiae. — Fr. Stephanus a Plebe Sancti Stephani, item Laicus, qui morigeram et religiosam vitam duxit a saeculo alienam.

1827. Pisis. — P. Fidelis a Calci.

DIE TRIGESIMA APRILIS

DEFUNCTI SUNT

1585. Arretii. — Fr. Lucidus a Cortona, Laicus multis virtutibus et praesertim spiritu orationis illustris.

1601. Pistorii. — Fr. Raynerius a Sancto Ioanne ad Venam, pariter Laicus.

1611. Pisis. — Fr. Ioannes Theutonicus, etiam Laicus.

1719. Florentiae. — Adm. R. P. Vincentius ab eadem Civitate, Concionator et Definitor; qui relicta nobili ac senatoria familia de Filicaia ad Ordinem nostrum advolavit, ubi pietate et charitate coruscans, zelo aestuans dilatandi Catholicam Religionem et salutem animarum procurandi in Congi Regnum se transtulit, ibique per annos plurimos indefessus adlaboravit; tandem ad suos reversus, cum apud omnes in singulari aestimatione esset, quievit in Domino.

1759. Pistorii. — R. P. Franciscus a Seravetia, Concionator et Vicarius.

1762. Florentiae. — R. P. Anselmus ab eadem Civitate, Concionator.

1765. Arretii. — P. Franciscus Fidelis a Cortona, ex nobili familia Laparelli progenitus, qui praestans virtute et ingenio; sed adhuc iuvenis dira phthisi peremptus.

1768. Pisis. — R. P. Thomas a Liburno, Concionator et Guardianus.

1840. Florentiae. — R. P. Dionysius a Gabiniana, Concionator, qui in ostensione spiritus et virtutis verbum Dei praedicavit, et dum Guardiani officio fungeretur, regularis disciplinae custos fuit vigilans et religiosarum virtutum exemplar.

1883. S. Geminiani. — Fr. Aloysius ab Apua, Laicus bonus et sanctae obedientiae sectator fidelis.

1901. Arretii. — Fr. Dominicus ab Orsinia, item Laicus laboris patiens ab oculis et hominum conversatione remotus, diu gravibus infirmitatibus afflictus et divinae voluntati apprime conformatus. B.ae Virgini sub titulo sacratissimi Rosarii devotione et Eucharistiae cultu emicuit.

DIE PRIMA MAJI

DEFUNCTI SUNT

1640. PLEBE SANCTI STEPHANI. — R. P. Iustinus a Monte Varchio, Guardianus, solerti et austera vita commendabilis.

1669. ARRETII. — R. P. Franciscus a Strada, optimus Guardianus.

1753. MONTEVARCHIO. — Fr. Arsenius a Lauro, Laicus.

1759. COLLE. — R. P. Carolus a Senis, Concionator et Guardianus, qui usque ad mortem sancte vixit.

1776. PISIS. — R. P. Gabriel a Montepolitiano, Concionator itemque Guardianus, qui religiosam austeritatem charitate et humanitate ostendit amabilem.

1802. IBIDEM. — P. Dionysius a Gabiniana, perfectum simplicitatis, innocentiae aliarumque virtutum omnium speculum.

1802. ARRETII. — P. Alexander ab eadem Civitate, piissimus Sacerdos.

1847. SENIS. — Fr. Bernardus a Sancto Petro, Laicus.

1854. SANCTI QUIRICI. — P. Iacobus a Florentia, adhuc studens, qui quamvis aetate iuvenis, tam maturus erat virtutibus ac meritis, ut omnibus esset acceptus.

1863. FLORENTIAE. — R. P. Constantinus a Sancto Ioanne ad Venam, Praedicator et saepe Guardianus, regulari observantiae addictus.

1875. ARRETII. — R. P. Eugenius a Gabiniana, devotissimus, amplexati instituti amore plenus, de animarum salute in sacro Poenitentiae Tribunali procuranda sollicitus; peritissimus Theologiae Moralis cum esset, officium Examinatoris Sinodalis exercuit.

DIE SECUNDA MAII

DEFUNCTI SUNT

1630. ROMAE. — R. P. Antonius a Pistorio, Concionator ex nobili genere Bonaccorsi progenitus, qui Doctoris laurea obtenta et Stephaniano equestri ordine insignitus, inter Capucinos cooptari voluit atque Religiosus exemplaris et bonis moribus ornatus evasit: quique Cardinali Barberinio munus a Secretis exercens in alma urbe ad superos migravit.

1813. FLORENTIAE. — Fr. Michael a Castello, Laicus.

1813. PLEBE SANCTI STEPHANI. — Fr. Benedictus ab eodem Loco, item Laicus.

1817. LIBURNI. — R. P. Ioannes Franciscus ab Apua, Concionator aetate quidem iuvenis, sed virtutibus probatus et verus Seraphici Patris Filius.

1831. FLORENTIAE. — R. P. Carolus ab eadem Civitate, Concionator, vir plenus virtutibus et de honore Dei atque salute proximorum sollicitus.

1840. PISIS. — Fr. Stephanus a Pistorio, Laicus, optimo spiritu iuvenis.

1843. IBIDEM. — R. P. Fidelis a Ponte Aerae, saepe Guardianus, perbonus Religiosus, qui seraphicarum virtutum praesertim in orationis exercitium incubuit omni tempore.

1866. SENIS. — P. Franciscus a Palatiolo, item seraphico fervore ac vero regularis observantiae spiritu ditatus.

1881. ARRETII. — P. Romualdus a Barberino, simplex, in religiosis officiis diligens ac solitudinis studiosus.

DIE TERTIA MAII

DEFUNCTI SUNT

1586. Arretii. — Fr. Andreas a Striniano, Laicus austeritate et oratione praecellens, qui dum Christum, Beatissimam Virginem et P. N. Franciscum sibi occurrentes cernit, beato fine quievit.

1657. Arretii. — Fr. Romualdus ab Agro Clusino, Laicus.

1693. Lucae. — R. P. Aegidius a Seravetia, Concionator et pluries Guardianus.

1774. Liburni. — Fr. Iacobus a Ponte Aerae, Laicus.

1800. Sancti Geminiani. — Fr. Seraphinus a Sancto Quirico, item Laicus, qui exemplaris Religiosi semper ducens vitam, meritis ac diebus plenus aeternitatem consequutus est.

1845. Senis. — R. P. Angelus a Pisis, Concionator, saepe Guardianus et Novitiorum Magister, vir multum affabilis, moderatus et prudens aliarumque religiosarum virtutum dives.

1856. Liciniani. — R. P. Dalmatius a Ponte Aerae, Guardianus, vir propter suum dulcem affabilemque vivendi modum peramabilis.

1858. Pistorii. — R. P. Anselmus ab eadem Civitate, Concionator, qui summa charitate enituit erga infirmos, quibus in valetudinariis et Laenocomiis praesertim praesto fuit, cholaera morbo grassante.

DIE QUARTA MAII

DEFUNCTI SUNT

1586. LUCAE. — Fr. Franciscus ab eadem Civitate, Clericus.

1637. PISTORII. — Fr. Costantinus a Florentia, Laicus singulari simplicitate ac bonitate praeditus.

1702. TURRICULI. — Adm. R. P. Bernardinus ab Utiano, fervidus Concionator, eruditus Lector, saepe saepius Guardianus, ac Provinciae Definitor vigilans et prudentissimus.

1755. SANCTI GEMINIANI. — P. Carolus a Montajone, Praedicator.

1756. FLORENTIAE. — R. P. Archangelus a Monte Varchio, item Praedicator, qui primo suo Guardianatu vix expleto, excessit e vita.

1822. MUTILI. — P. Martinus a Tredotio.

1829. ARRETII. — Fr. Camillus a Cortona, Laicus valde probus.

1832. FLORENTIAE. — Fr. Paschalis a Mugello, item Laicus pari probitate vitae donatus laborisque patiens.

1863. SENIS. — Fr. Guidus a Cortona, item Laicus praeclaris moribus, singulari pietate et devotione praeditus.

1877. FLORENTIAE. — Fr. Felix a Casale, et ipse Laicus, qui pietatem cum humilitate, mansuetudine et patientia pulchre conjunxit.

DIE QUINTA MAII

DEFUNCTI SUNT

1586. Pistorii. — Fr. Ioannes Franciscus a Turriculo, Laicus,

1673. Ponte Aerae. — Adm. R. P. Franciscus ab eodem Loco ob religiosas virtutes dignus qui simplex licet Sacerdos, meruerit ut Novitiorum Magister et Definitor eligeretur necnon Guardianus: quibus in muneribus implendis fuit pervigil et fidelis.

1767. Pistorii. — R. P. Petrus a Saturnana, Praedicator et olim Guardianus.

1770. Senis. — R. P. Laurentius ab eadem Civitate, crebro Guardianus.

1795. Ibidem. — P. Innocentius a Castro Florentino, non infimae notae verbi Dei Praeco atque optimis moribus Religiosus.

1796. Florentiae. — P. Iosephus Antonius a Pistorio, pari vitae bonitate commendabilis.

1858. Montepolitiano. — Fr. Marinus a Castula, Clericus Novitius, angelicis moribus, singulari pietate ac virtute iuvenis, cuius corpus post decem annorum spatium ab obitu sancto inventum est incorruptum.

1863. Florentiae. — P. Conradus ab Arretio praeclaris dotibus bonisque moribus ornatus.

1896. Pisis. — Fr. Maurus ab Apua, Laicus singulari virtute Religiosus de oratione sollicitus et speciali patientiae et laboris amore ditatus.

DIE SEXTA MAII

DEFUNCTI SUNT

1643. Colle. — P. Thomas ab Anglario.
1693. Arretii. — P. Bernardinus a Monte Sancti Sabini.
1716. Pisis. — Fr. Fulgentius a Florentia, Laicus.
1738. Florentiae. — R. P. Ioseph Maria ab Emporio, Concionator et frequenter Guardianus, Religiosus docilis ac sanctae pacis amator.
1748. Liburni. — Fr. Franciscus a Signa, Laicus, bonus ac laudabilis.
1766. Lucae. — R. P. Sanctes a Guamo, Concionator, qui etiam Guardianus fuit.
1770. Sancti Cassiani. — R. P. Hieronymus a Pistorio, Praedicator et saepe Guardianus.
1806. Florentiae. — Fr. Alexius a Pistorio, Laicus virtutis et laboris exercitio addictus.
1849. Pistorii. — P. Ioannes Felix ab eadem Civitate.
1865. Florentiae. — P. Ioannes Franciscus a Mutilo, valde in divino servitio fervidus et de animarum bono sollicitus.
1879. Ibidem. — Fr. Bruno a Pisis, Laicus charitatis plenus, seraphicae paupertatis amator ac multum devotus.
1890. Prati. -- Fr. Stephanus ab eadem Civitate, austerae vitae Laicus et in exemplum proponendus.
1892. Montepolitiano. — Fr. Simplicianus a Pecciolo, devotissimus Novitius Laicus.

DIE SEPTIMA MAII

DEFUNCTI SUNT

1560. FLORENTIAE. — Fr. Benedictus a Brixia, Laicus vitae integerrimae et insignis in tolerandis diabolicis infestationibus, qui quotidianis jejuniis aliisque corporis asperitatibus confectus mortalia deserens, ad immortales coronas pervenit.

1698. ITEM. — P. Simon a Pantiano, magnae devotionis et boni exempli Sacerdos.

1740. PISTORII. — R. P. Ioseph M.ª a Litiano, qui ob valde exemplarem vivendi rationem in Guardianale munus saepe assumptus est; et diuturnis infirmitatibus probatus nonagenarius quievit in Domino.

1752. LUCAE. — P. Franciscus a Villa Basilica.

1764. NICOSIAE. — Fr. Felix a Vernio Bardorum, Laicus et Concionatoris Socius.

1775. SENIS. — P. Michael Angelus a Sancto Quirico, regularis observantiae, paupertatis aliarumque virtutum cultor eximius; per multos annos Guardiani munere laudabiliter functus, sancta morte coelum petivit.

1808. SANCTI GEMINIANI. — R. P. Bernardinus a Castro Plani, Praedicator multis virtutibus insignitus.

1808. PONTE AERAE. — P. Romulus a Pistorio, qui ad mortem usque vitam egit fervore, devotione et bonis operibus refertam.

1863. LICINIANI. — P. Ignatius a Pistorio.

1864. FLORENTIAE. — R. P. Fidelis a Pistorio, navus et indefessus Concionator, saepe Superior optimus semperque Religiosus virtutibus et devotione repletus.

DIE OCTAVA MAII

DEFUNCTI SUNT

1560. AUXIMI. — Fr. Antonius a Senis Clericus, qui tantum de se humiliter sentiebat ut ad Presbyteratus ordinem nunquam evehei passus sit; maluitque, quoad vixit, Deo famulari in vitae puritate et austeritate, orationis studio et omnium virtutum exercitio.

1567. PISIS. — P. Bernardinus ab eadem Civitate, Concionator.

1655. FLORENTIAE. — Fr. Remigius a Colle Vallis Nebulae, Laicus.

1721. SENIS. — R. P. Vincentius Maria a Saturnana, Praedicator.

1721. LIBURNI. — R. P. Antonius ab eadem Civitate, Concionator et saepe saepius Guardianus regularis observantiae pervigil custos.

1753. PISIS. — R. P. Franciscus ab eadem Urbe, eximius et famosus Verbi Dei Praeco, quod in celebrioribus Italiae civitatibus nunciavit, promovens gloriam Dei et animarum salutem.

1761. FLORENTIAE. — R. P. Angelus Maria a Castro Florentino, qui probus et innocens in praestantioribus Provinciae Coenobiis Guardianus fuit valde commendabilis.

1795. SANCTI CASSIANI. — R. P. Bernardinus a Florentia, Guardianus et Praedicator in animarum salute multo zelo repletus, atque Religiosus ob suas egregias dotes et virtutes multum amabilis.

1878. COLLE. — R. P. Ioannes Antonius a Prato, Guardianus, cui viventi Ordinis decus et honor regularisque observantia cordi valde fuit imitandum omnibus optimum praebenti exemplum.

DIE NONA MAII

DEFUNCTI SUNT

1551. FLORENTIAE. — P. Dominicus a Bononia, qui propter summam vitae austeritatem et omnimodae virtutis exercitium tantam apud omnes famam adeptus est, ut plerosque in nostra Provincia Fratres tunc temporis sanctimonia eminentes antecelleret.

1570. MONTE POLITIANO. — P. Ioachim a Clanciano.

1598. ITEM. — Fr. Andreas a Cetona, Laicus.

1608. MONTE SANCTI SABINI. — Fr. Ludovicus ab eodem Loco, item Laicus.

1651. PISTORII. — R. P. Laurentius Maria ab eadem Civitate, ex nobilissima Cancellieri Familia genitus, Praedicator et Guardianus optimus.

1699. LUCAE. — P. Innocentius a Portijano, probitate et exemplo conspicuus.

1768. ARRETII. — R. P. Seraphinus a Podio Cajano, Concionator et Lector praeclaris ingenii dotibus et religiosis virtutibus praeditus.

1824. FLORENTIAE. — P. Bonaventura ab eadem Civitate, singularis exempli Religiosus.

DIE DECIMA MAII

DEFUNCTI SUNT

1544. Senis. — P. Antonius a Montepolitiano, Concionator.

1566. Florentiae. — Fr. Angelus a Tiferno, Laicus, perfectissimus regulae cultor, orationis, humilitatis et paupertatis studiosissimus.

1613. Tunete in Africa. — P. Arsenius a Puppio, qui nescimus an fuerit Missionarius Apostolicus, vel Captivus.

1643. Florentiae. — P. Ioseph Maria a Senis ex nobili Borghese familia.

1667. Sarteani. — Fr. Sebastianus a Castroveteri, Laicus.

1682. Florentiae. — Fr. Humilis a Prato, item Laicus, vir nomine et factis vere humilis, aliisque religiosis virtutibus clarus.

1688. Ibidem. — Fr. Athanasius a Sancto Miniate, Clericus singulari devotione ornatus.

1701. Lucae. — Fr. Humilis ab eadem Civitate, Laicus.

1844. Senis. — Fr. Felix a Sancta Cruce, item Laicus, humilitatis, obedientiae et charitatis sectator egregius.

1848. Florentiae. — R. P. Ioseph Fidelis a Pisis, Concionator et olim Guardianus, vir de gloria Dei, Regulari observantia, proximorumque salute sollicitus.

DIE UNDECIMA MAII

DEFUNCTI SUNT

1555. Romae. — R. P. Antonius a Monte Ilcino, Concionator, qui ob suas egregias virtutes praesertim vero prudentiam et aequitatem in Generalis Ministri socium assumptus est.

1644. Lucernae. — R. P. Riccardus ab Anglia, Concionator et Missionarius Apostolicus, qui multum sudavit et alsit in helvetica missione.

1710. Lucae. — Fr. Antonius a Burgo Sancti Laurentii, Laicus magna prudentia et bonitate ditatus.

1710. Pisis. — P. Bartholomaeus a Calci.

1721. Florentiae. — Fr. Humilis a Seravetia, Laicus ad sua officia valde habilis, bonae aestimationis et optimi exempli Religiosus.

1737. Lucae. — Fr. Sanctes ab Emporio, item Laicus.

1737. Florentiae. — Fr. Ioannes a Serripoli, etiam Laicus in regulari observantia assiduus.

1797. Mutili. — R. P. Bernardinus ab eadem Civitate, virtutis plenus et amator pacis, quam una cum regulari observantia ubique voluit inviolatam.

1816. Florentiae. — R. P. Timotheus a Fossato, Concionator, saepe Guardianus, optimus Pater et erga Beatissimam Virginem in primis devotus.

1894. Ibidem. — Adm. R. P. Pacificus a Senis, ex Provincialis Minister; vir nomine moribusque vere pacificus, qui praedicans, aut docens, aut sollicite ac prudenter gubernans Provinciae et Ordinis decorem dilexit et iuvit.

DIE DECIMA SECUNDA MAII

DEFUNCTI SUNT

1568. Monte Sancti Sabini. — P. Paulinus a Pistorio, qui ex Camaldulensium ordine Capucinus factus, vir fuit inter humiles humillimus, ut pro summis honoribus contumelias haberet : a carnibus et vino semper abstinuit et plenus meritis ac miraculis clarus in osculo Domini obdormivit.

1607. Peccioli. — P. Antonius a Massa Ducali.

1693. Senis. — P. Gabriel a Monte Politiano, perdevotus et patiens.

1798. Arretii. — Fr. Leonardus ab Impruneta, Laicus, cui ob suam in rebus divinis diligentiam et in officiis implendis fidelitatem, nunquam opus fuit superiorum correptione.

1813. Item. — Fr. Iosephus a Cortona, pariter Laicus, qui vitam semper agens vere seraphicam, omnibus bonum praebuit exemplum.

1831. Florentiae. — R. P. Fortunatus a Castula, sollicitus Praedicator, et vir probatissimus, amabilibus ornatus virtutibus.

1860. Senis. — P. Marianus a Castro-Florentino, integer vitae ac regularis observantiae studiosissimus.

1892. Liburni. — F. Vitalis a Prato Veteri, Laicus.

DIE DECIMA TERTIA MAII

DEFUNCTI SUNT

1546. FLORENTIAE. — P. Franciscus a Volaterris, Concionator.
1548. SENIS. — Fr. Iuniperus ab eadem Civitate, Laicus inter Generalis Ministri socios adscitus.
1615. LUCAE. — R. P. Riccardus a Cortona, qui propter egregium vivendi morem et suum in regulari observantia amorem pluries Guardiani munus optime exercuit.
1777. ARRETII. — Fr. Stephanus a Monte Sancti Sabini, Laicus.
1799. FLORENTIAE. — Fr. Iuniperus a Majano, bonus Laicus, qui multa etiam enituit charitate in Valetudinario degentibus sublevandis.
1801. PISIS. — P. Cherubinus a Seravetia juvenis quidem; at optimis dotibus et virtutibus exornatus.
1808. FLORENTIAE. — R. P. Raphael a Fossato, habilis et sollicitus Praedicator, virtutibus meritisque plenus.
1822. APUAE. — R. P. Antonius ab eadem Civitate, Concionator et Guardianus.
1871. ARRETII. — Fr. Seraphinus ab eadem Urbe, Laicus.
1899. FLORENTIAE. — Fr. Laurentius ab Apua, multis virtutibus, miti praesertim corde et magna charitate praeditus; lanificio multos annos praepositus in labore et oratione longaevam vitam transegit: dilectus Deo et hominibus ejus memoria est in benedictione.

DEFUNCTI SUNT

1569. Bononiae. — R. P. Honorius a Monte Granario, qui cingulo militari relicto, Christi militiam amplexus est in nostra Provincia, et in adipiscendis virtutibus ita strenue decertavit, ut in earum exercitio perfectionem et sanctitatis famam adeptus sit. Ipse primum Venetae Provinciae Visitator, postea Patavii et Venetiis Guardianus ejusdemque Provinciae Vicarius Provincialis fuit: pariter Visitator Generalis in Corsicam missus, et in nostra Provincia Provincialis officio summa cum laude functus, tandem dum etiam Provinciam Bononiensem magno zelo administrat, plenus meritis sancto fine quiescit.

1607. Peccioli. — Fr. Laurentius a Castula, Laicus.

1615. Lucae. — Fr. Fabianus a Puteo, pariter Laicus.

1689. Ibidem. — P. Franciscus ab eadem Civitate.

1726. Emporii. — R. P. Hadrianus a Colle, Concionator et Guardianus.

1856. Bombayi in Indiis. — R. P. Aloysius a Seravetia, Praedicator et Missionarius Apostolicus.

1870. Florentiae. — Fr. Hippolitus a Prato, Laicus, qui bona et laboriosa vita semper verum Seraphici Patris filium se praebuit.

1881. Sancti Geminiani. — P. Alexander a Volaterris, qui in religiosas virtutes acquirendas semper incubuit et in regulari observantia, orationis assiduitate ac solitudine ad nonagenariam usque aetatem se exercuit.

DIE DECIMAQUINTA MAII

DEFUNCTI SUNT

1586. FLORENTIAE. — Fr. Bonaventura ab Anglario, Laicus, columbae simplicitatem in omnibus praeferens, orationis, silentii ac solitudinis studiosissimus.

1606. LIBURNI. — Fr. Onuphrius a Pistorio, item Laicus.

1613. LUCAE. — P. Seraphinus a Corsagna, optimus Sacerdos.

1623. LICINIANI. — P. Franciscus a Montepolitiano, ex Tarugi nobili progenie ortus.

1625. PISIS. — Fr. Carolus a Florentia, Laicus.

1652. LOANDAE IN REGNO CONGI. — R. P. Hieronymus a Luca, Concionator et Missionarius Apostolicus zelo honoris Dei et salutis animarum repletus.

1718. LUCAE. — Fr. Paulus a Carraria, optimus Laicus.

1752. IN REGNO CONGI. — R. P. Hieronymus a Liburno, Missionarius Apostolicus, qui charitate in Deum et proximum flagrans vineam Domini diligenter excoluit.

1785. MONTEVARCHIO. — R. P. Augustinus ab eodem Loco, Concionator mitis, devotus, patientissimus.

DEFUNCTI SUNT

1608. PISTORII. — P. Hieronymus ab eadem Civitate, qui inter alias virtutes per annos viginti quinque summa patientia refulsit longum et acrem morbum laeto ac hilari animo ferens.

1615. FLORENTIAE. — Fr. Nicodemus a Sancto Ioanne, Laicus.

1620. LUCAE. — Fr. Angelus a Liburno, Clericus.

1645. ARRETII — R. P. Ioseph ab Arcidosso, Praedicator, qui omni tempore praeclarae bonitatis fuit vitamque egit devotam et austeram.

1652. MUTINAE. — P. Elzearius a Colle Vallis Nebulae, ex nobili familia Mei progenitus.

1689. SENIS. — R. P. Ludovicus a Monte Sancti Sabini, Concionator, qui ad omnes virtutes perfectionemque religiosam adsequendam constantissime incubuit.

1710. FLORENTIAE. — Fr. Felicianus a Manerbio, Laicus.

1727. ITEM. — Fr. Archangelus a Signa, pariter Laicus multis ornatus virtutibus.

1755. ITEM. — Fr. Marcellinus a Gabiniana, etiam Laicus.

1875. IBIDEM. — R. P. Cosmas a Florentia, Concionator in regulari disciplina servanda persollicitus et boni exempli Religiosus.

DIE DECIMA SEPTIMA MAII

DEFUNCTI SUNT

1568. MONTEPOLITIANO. — Fr. Pandulphus a Cirelio, Laicus Novitius, cuius virtus, maxime abstinentia a divitiis et carnis illecebris etiam in saeculo celebrabatur, nam virginitatem perpetuam coluit et morti proximus in ecstasim raptus vidit arcana, quae dum fratribus enarraret, pie in Domino obiit.

1631. COLLE. — Fr. Franciscus a Liburno, item Laicus.

1674. PRATI. — Adm. R. P. Ioannes Baptista a Castro Florentino, Guardianus et Definitor, vir singulari virtute et magna in difficilioribus muneribus obeundis ditatus prudentia.

1689. MASSAE. — Fr. Michaelangelus a Campomaiori, Laicus.

1724. FLORENTIAE. — Fr. Iustus a Volaterris, Laicus, qui in bonae vitae ratione magnaeque charitatis exercitio in Nosocomio Sanctae Mariae Novae per multum tempus inserviit.

1794. SENIS. — Fr. Seraphinus a Sancto Quirico, item Laicus, qui ad seram usque senectam fideliter Domino famulatus, optimum exemplum proximo praebuit.

1807. ARCIDOSSI. — Fr. Paulus a Montelaterone, item Laicus, aetate quidem invenis, sed religiosarum virtutum exercitio meritis cumulatus.

1818. FLORENTIAE. — Fr. Valerianus a Mugello, item Laicus, bonus ac laboriosus Dei famulus.

1832. PISIS. — P. Franciscus a Pistorio, multis religiosis praeditus virtutibus, queis existimationem omniumque amorem sibi devinxit.

DIE DECIMAOCTAVA MAII

DEFUNCTI SUNT

1629. SENIS. — R. P. Bonaventura a Florentia, Guardianus bonae observantiae regularis amator.

1631. PISTORII. — Fr. Gabriel a Mediolano, Laicus.

1633. FLORENTIAE. — R. P. Lucas a Luca, Concionator et optimus Superior, qui magna charitate morbo epidemico laborantibus inserviens devote ex hac vita migravit.

1670. ARRETII. — Fr. Dorotheus a Monte Varchio, Laicus.

1691. PISTORII. — Fr. Vincentius a Montegontio, item Laicus, bonus Religiosus et Dei timore repletus.

1693. IN BRASILIA. — R. P. Ioachimus a Florentia, Praedicator et Missionarius Apostolicus, qui ferventi spiritu fuit et laboris cupidus pro animarum salute.

1727. VOLATERRIS. — Fr. Guidus a Puppio, Laicus.

1733. LUCAE. — Fr. Guidus a Castro Buiti, item Laicus.

1776. ARCIDOSSI. — Fr. Bernardinus a Lamporecchio, item Laicus.

1818. FLORENTIAE. — P. Bonaventura a Gabiniana.

1869. LIBURNI. — Fr. Angelus ab eadem Civitate, Laicus.

DEFUNCTI SUNT

1569. Montevarchio. — Fr. Ioannes a Florentia Laicus, qui talem vitae egit tenorem, ut ipsum nemo unquam iratum, nemo turbatum aut mente commotum viderit: sed summa animi moderatione, perfectissima charitate et humilitate vivens, meruit in hora defunctionis suae B. V. Mariae praesentia recreari.

1617. Montepolitiano. — Fr. Philippus a Monte Ilcino, item Laicus.

1622. Cortonae. — R. P. Vincentius a Flaviano, piissimus persaepe Guardianus.

1665. Arretii. — Fr. Constantius ab Augusta Trevirorum, devotus Clericus.

1752. Florentiae. — Fr. Victorius ab Arciliano, Laicus.

1804 Arretii. — R. P. Philippus Maria a Plebe Sancti Stephani, Guardianus, Religiosus vere perfectus optimusque regularis observantiae zelator.

1827. Liburni. — P. Majolus ab Apua, seraphicarum virtutum aemulator inclitus, quae brevi tempore eum perfectum S. P. Francisci imitatorem reddidere.

1844. Item. — Fr. Raynerius a Ponte-Aerae, Laicus, verum seraphicae perfectionis exemplar.

1847. Ibidem. — R. P. Modestus ab eadem Urbe, Praedicator et saepe Guardianus, qui optimus Religiosus in senectute bona quievit.

DEFUNCTI SUNT

1570. In Insula Creta. — Reverendissimus P. Hieronymus a Pistorio, Concionator ex domo Finucci ortus; vir virtute et doctrina clarissimus, cuius eloquentia audita fuit a Patribus Tridentini Concilii et a Sancto Pio V. inter Theologos Pontificios numeratus, etiam inter Cardinales cooptatus esset, nisi tantam dignitatem humilis recusasset; in Ordine tamen munus Lectoris Generalis, Provinciàlis et Definitoris Generalis tenuit et optime implevit. Tandem a sacris existens Classis contra Turcas sanctissime obiit.

1631. Pisis. — P. Theodorus a Piscia, austeritate vitae et virtute insignis.

1663. Item. — Fr. Carolus a Mediolano, Laicus, tum doctus infirmorum curator, quum in quaeritandae stipis munere diligentissimus.

1856. In Brasilia. — Fr. Aloysius a Santo Miniate, pariter Laicus, qui per annos plurimos nostris Missionariis fideliter diligenterque servivit illosque suo bono exemplo adjuvit.

1872. Florentiae. — Fr. Victorius a Bajo item Laicus, iuvenis in religiosis virtutibus optime probatus.

1874. Ibidem. — P. Seraphinus a Volaterris, devotus et de fraterna charitate sollicitus.

1874. Arretii. — Fr. Ioseph ab Apua, Laicus valde erga Beatissimam Virginem devotus ac in obedientiae officiis fidelis.

1889. Florentiae. — P. Alexius a Pistorio, Concionator, qui, crudeli ac diuturna infirmitate forti animo tolerata, Religiosum se praebuit patientissimum.

DIE VIGESIMA PRIMA MAII

DEFUNCTI SUNT

1603. TURRICULI. — R. P. Laurentius a Florentia, integerrimae vitae Religiosus, qui iam Tironum Magisterium laudabiliter sustinuit.
1606. MONTE SANCTI SABINI. — P. Aloysius a Florentia, Concionator.
1613. LUCAE. — P. Seraphinus a Corsagna.
1623. ARCIDOSSI. — P. Carolus a Montesummano.
1624. FLORENTIAE. — P. Ioannes Maria a Bergomo, devotissimus ac pius.
1627. ITEM. — Fr. Constantius a Cortona, Laicus bonus et lapicida peritissimus.
1707. SENIS. — P. Timotheus ab eadem Urbe, ex nobili Tinelli genere natus, qui Sacerdotio iam initiatus et illius Metropolitanae Canonicus effectus, cupidus sese Deo perfectius mancipandi nostram petiit Religionem, in qua multis virtutibus enituit.
1795. LIBURNI. — P. Iacobus a Sorana, solitudinis regularisque observantiae studiosus.
1833. ARCIDOSSI. — Fr. Franciscus a Cortona, Laicus, qui sive intus, sive extra Coenobium vitam egit valde piam.
1869. PETRAE-SANCTAE. — P. Aegidius a Seravetia.

DIE VIGESIMASECUNDA MAII

DEFUNCTI SUNT

1592. Florentiae. — Fr. Christophanus ab Utiano, Clericus.
1601. Guami. — P. Ambrosius a Senis, Concionator.
1602. Turriculi. — Fr. Lucidus a Luca, Laicus.
1622. Pisis. — R. P. Clemens ab eadem Urbe, ex nobili familia Vaglienti progenitus; Concionator, saepe Guardianus; simplex, rectus, austeritate decorus.
1631. Ibidem. — P. Lucidus a Pisis.
1633. Florentiae. — Fr. Franciscus a Carminiano, Laicus, qui sua sponte morbo epidemico laborantibus inserviens charitatis victima occubuit.
1708. Item. — Fr. Peregrinus a Luca, pariter Laicus, multa charitate bonoque exemplo Religiosus, laboris quoque amans et ingeniosus.
1809. Liburni. — Fr. Andreas a Turriculo, pariter Laicus.
1841. Arretii. — R. P. Anselmus a Fivizzano, Praedicator egregius ac praeclaris ingenii et animi dotibus condecoratus.
1859. Florentiae. — R. P. Nicolaus a Sancto Miniate, item eximius et fidelis Verbi Dei Praeco.

DIE VIGESIMAQUARTA MAII

DEFUNCTI SUNT

1545. SENIS. — R. P. Liberius a Domdoossula, iam Generalis Custos et Guardianus ob multiplices eius virtutes et dona venerandus.

1590. FLORENTIAE. — Fr. Vincentius a Rifredo, Laicus bonus et devotus.

1746. SANCTI CASSIANI. — P. Seraphinus a Decimo.

1755. SENIS. — Adm. R. P. Ioseph Maria ab Arretio, ex illustri Lambardi familia, Concionator, Novitiorum Magister, Definitor et Guardianus: vir specialis observantiae, ac praeclaris amabilibusque virtutibus decorus.

1773. APUAE. — P. Franciscus Antonius ab eadem Civitate, eximiis animi dotibus ornatus.

1795. ULYSSIPONE. — Fr. Caelestinus a Florentia, Laicus, qui, cum plenus fervoris esset, Congi missionem petiit: sed infirmitate redire coactus in itinere hanc mortalem vitam devote reliquit.

1886. FLORENTIAE. — R. P. Aloysius a Columnata, Concionator et Vicarius, orationi assiduus, regularis observantiae amator et de spirituali proximorum saluti, praesertim in tribunali admissis expiandis sollicitus.

1888. PECCIOLI. — Fr. Ioseph a Matriniano, Laicus, cui nobilis et decorus incessus simul ac electissimae virtutes fuere, quas propter extitit carus Deo hominibusque.

DIE VIGESIMA QUINTA MAJI

DEFUNCTI SUNT

1593. PISIS. — Fr. Coelidonius ab eadem Civitate, Clericus.

1601. CORTONAE. — P. Franciscus ab eadem Urbe, Praedicator, ex nobili domo Serangeli progenitus, cuius religiosa sanctaque vita Tironibus aedificationi maximae fuit.

1625. PISTORII. — Fr. Iustinus a Sancto Leolino, Clericus.

1669. SENIS. — Fr. Iulius a Liburno, Laicus bonus, humanis, et politis moribus ornatus.

1662. PISIS. — Fr. Iuniperus a Castro Buiti, item Laicus.

1685. SENIS. — Fr. Illuminatus a Liburno, pariter Laicus.

1731. FLORENTIAE. — R. P. Fidelis ab eadem Civitate, Concionator et saepe optimus Guardianus.

1769. ITEM. — Fr. Franciscus a Sancto Cassiano, Laicus.

1783. PECCIOLI. — Adm. R. P. Clemens a Pisis, ex Lector, Definitor, Guardianus et Provincialis minister; vir devotissimus et in religiosa virtute absolutus, qui per annos quam plurimos in verbi Dei praedicatione magno cum fructu et laude constanter perseveravit.

1862. FLORENTIAE. — P. Theodorus a Cortona, innocentis vitae Religiosus, qui dum studio operam daret, divinae voluntati omnino conformatus patienter et pie quievit in Domino.

1899. FLORENTIAE. — Fr. Laurentius a Pecciolo, mitis et humilis Laicus, qui fratribus stipem quaeritans omnium ad se animos attraxit meritisque plenus placidissimam mortem oppetiit.

DIE VIGESIMASEXTA MAII

DEFUNCTI SUNT

1602. Pisis. — P. Bonifacius a Santo Miniate.

1606. Florentiae. — R. P. Gaspar a Vulparia, Coenobii Varchiensis Guardianus.

1607. Pisis. — Fr. Thomas a Liciniano, Laicus.

1622. Cortonae. — Fr. Iacobus a Castro Buiti, item Laicus.

1626. Radicophani. — R. P. Damasus ab Arcidosso, Guardianus.

1644. Pistorii. — P. Franciscus ab eadem Civitate, ex nobili Tonti domo natus, qui adhuc studiis operam navans et primi Sacri faciendi desiderio nondum expleto, crudeli phthisi consumptus est.

1699. Lucae. — R. P. Salvator a Sancta Cruce, Concionator et saepe Guardianus.

1802. Liburni. — Fr. Paulus a Saturniana, optimus Laicus.

1840. Arretii. — Fr. Felix a Castula, item Laicus regulari observantia, pietate, paupertate et charitate laudabilis.

1849. Pisis. — Fr. Gabriel a Liburno, et ipse Laicus, qui Deo fideliter reddidit promissa in religiosa professione.

DEFUNCTI SUNT

1612. TARENTI — Adm. R. P. Victorius a Cigolo, Concionator, jam Guardianus, Definitor et ex Provincialis Minister; qui praestantis ingenii vir fuit; eximiae virtutis, et prudentiae singularis. Quae omnia, dum in Neapolitano Regno Comissarius et Generalis Visitator esset, luculenter ostendit.

1622. CORTONAE. — P. Bartholomaeus a Volaterris.

1632. PECCIOLI. — Fr. Franciscus a Lastra, Laicus.

1647. VOLATERRIS. — P. Paulus ab eadem Civitate, ex Maffei nobili stirpe ortus, vir religiosae disciplinae fervidus cultor.

1747. ROMAE. — Adm. R. P. Alexander a Senis, ex Provincialis, ex Chigiorum prosapia progenitus, qui sanguinis nobilitatem una cum religiosis virtutibus perbelle coniunxit, magno cum fructu et doctrina Verbum Dei nunciavit et maxima discretione et prudentia honorificentiora munia obivit, donec justorum morte ex hac vita migravit.

1760. SANTI GEMINIANI. — R. P. Hadrianus a Senis, Concionator et Guardianus: Religiosus virtute, experientia et doctrina optimus, qui munere a Secretis tum Romae, tum in Provincia laudabiliter functus est.

1857. FLORENTIAE. — R. P. Felicianus a Pistorio, virtutibus clarus et crebro Guardianus.

DIE VIGESIMA OCTAVA MAII

DEFUNCTI SUNT

1539. Senis. — P. Liberalis a Colle.
1598. Florentiae. — Fr. Bernardus a Romandiola, Laicus.
1600. Item. — Fr. Mansuetus a Sexto Florentino, pariter Laicus.
1631. Guami. — R. P. Ubaldus ab Emporio, Concionator valde fervidus et efficax qui Lemocomii infirmis serviens, epidemico morbo et ipse correptus, praenunciato mortis die, in pace quievit.
1660. Florentiae. — Fr. Mansuetus ab eadem Civitate, Laicus bonus ac devotus.
1706. Lucae. — P. Prosperus a Massa Ducali.
1748. Ibidem. — R. P. Bernardus et ipse a Massa Ducali, Praedicator et ob optimos mores et observantiam frequenter Guardianus.
1750. Pistorii. — P. Michael Angelus a Piscia, Concionator.
1768. Florentiae. — Fr. Modestus ab Emporio, Laicus.
1805. Ponte Aerae. — Fr. Guidus M.ª a Caenobio, item Laicus ob charitatem, mortificationem et obedientiam memoria dignus.
1882. Emporii. — Fr. Ioseph a Septimo, item Laicus, obedientiae et religionis officiorum servator fidelis et in B.ᵐ Virginem Deiparam devotissimus.

DIE VIGESIMA NONA MAII

DEFUNCTI SUNT

1631. MONTEVARCHIO. — P. Michael a Castula, qui cum ad inserviendum pestis lue infectis se ultro dicasset, suae heroicae charitatis brevi a Deo mercedem accepit.

1631. IBIDEM. — Fr. Clemens a Carminiano, Laicus praefati Patris, in sancto munere socius eiusdemque mercedis comparticeps.

1677. LUCAE. — Fr. Zenobius a Capraria, item Laicus, bonus et charitate repletus.

1700. FLORENTIAE. — P. Iosephus a Iuliano, Sacerdos óptimus, erga infirmos valde sollicitus.

1701. ITEM. — R. P. Cyprianus a Luca, Concionator et in Sanctae Mariae Novae Hospitio Praeses, qui multis virtutibus ornatus extitit, speciali vero modo innocentis vitae ratione, urbanisque moribus.

1721. IBIDEM. — R. P. Antonius Franciscus a Massa, Praedicator, qui vitam in Dei famulatu laudabiliter peregit.

1752. LUCAE. — P. Raphael a Campomaiori, multis virtutibus praeditus.

1771. FLORENTIAE. — Fr. Hilarius a Podio Cajano, Laicus.

1841. MONTE-POLITIANO. — Fr. Vitalis ab Apua, item Laicus.

1842. PISIS. — R. P. Raphael a Ponte-Aerae, Guardianus Coenobii Peccioli, qui optimus Religiosus regularisque observantiae ac paupertatis extitit amator.

1859. IBIDEM. — R. P. Ioseph a Capannolio, Praedicator, frequenter Guardianus, quem charitas Christi urgebat.

1897. SENIS. — Fr. Hugo ab eadem Civitate, Laicus, vir simplex, rectus ac laboriosus.

DIE TRIGESIMA MAII

DEFUNCTI SUNT

1552. Florentiae. — P. Bernardinus a Bononia.
1593. Item. — Fr. Ruphinus a Senis, Clericus.
1600. Senis. — Fr. Ugolinus a Sarteano, Laicus.
1607. Ibidem. — Fr. Ludovicus a Calenzano, pariter Laicus.
1646. Prati. — Fr. Antonius a Sexto Florentino, item Laicus.
1724. Senis. — Fr. Sebastianus a Lauro, etiam Laicus.
1742. Arretii. — R. P. Bonaventura a Sancta Flora, austerae et solitariae vitae Sacerdos, qui tamen frequenter Guardianus renuntiatus, munus summa diligentia obivit, regularis observantiae in primis vigilans cultor.
1753. Florentiae. — P. Andreas a Ponte Aerae, Concionator.
1756. Senis. — Fr. Christophanus ab eadem Civitate, Laicus.
1794. Florentiae. — P. Nicolaus ab eadem Civitate, optima et sancta vivendi ratione semper utens.
1843. Pisis. — P. Paulus a Seravetia multis animi egregiis dotibus locupletatus.

DIE TRIGESIMA PRIMA MAII

DEFUNCTI SUNT

1623. ARRETII. — R. P. Faustus ab eadem Civitate, ex nobili stirpe Gozzari, cui sive Superiori, sive subdito regularis disciplina maxime cordi fuit.

1626. LUCAE. — P. Franciscus a Vernio Lucensi.

1685. ITEM. — R. P. Franciscus a Pisis, Concionator, cui ob sanctam vitam saepe Guardiani munus concreditum est, sicut et Novitiorum Magisterium; cui omni cum laude satisfecit.

1736. FLORENTIAE. — P. Sthanislaus a Liburno, qui, nisi immatura morte raptus esset, in optimum Concionatorem evasisset.

1747. SENIS. — R. P. Thomas a Valthena, Concionator et Missionarius Apostolicus, zelo salutis animarum morumque integritate conspicuus.

1764. CORTONAE. — Fr. Archangelus a Lauro, Laicus.

1793. FLORENTIAE. — P. Sthanislaus ab eadem Civitate, Praedicator.

1800. ARRETII. — Adm. R. P. Antonius Felix a Pistorio, nobilis Baldinotti antea dictus, qui Lectoris, Definitoris et magna cum laude et fama Concionatoris munere functus, tandem in Claustri solitudine, omni religionis ac pietatis exercitio totum se addixit.

1874. FLORENTIAE. — R. P. Theophilus a Marradio, fervidus Concionator, qui in vineae Domini cultura uberes collegit virtutum, et salutis fructus.

DIE PRIMA IUNII

DEFUCNTI SUNT

1591. ARRETII. — Fr. Guidus a Cortona, Laicus propter suam austeritatem et orationis studium vere commendandus.
1614. FLORENTIAE. — Admodum R. P. Innocentius a Pisis, insignis Concionator, magna doctrina et praeclaris meritis ditatus, ob quae munus Provincialis Ministri jure adeptus est.
1620. TURRICULI. — P. Felix a Pistorio, ex nobili genere Del Gallo ortus.
1624. FLORENTIAE. — Fr. Iuniperus a Senis, Laicus prae summa prudentia et bonitate venerandus.
1637. IBIDEM. — Fr. Felix a Monte Hughiorum, Laicus.
1639. ITEM. — P. Gervasius ab Ulivola.
1803. SENIS. — P. Antonius a Turrita, sanctae vitae Sacerdos.
1812. FLORENTIAE. — P. Thomas a Ronta.
1837. SENIS. — Fr. Martinus a Turrita, Laicus, qui multa religione munera sibi commissa adimplevit.
1878. PISIS. — R. P. Alphonsus ab Apua, Concionator, quondam nostrorum juvenum Institutor et pluries Guardianus benignus, mitis, pacificus.

DIE SECUNDA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1548. FLORENTIAE.— Fr. Franciscus a Senis, Laicus.
1576. PISIS. — P. Antonius ab eadem Civitate, Concionator.
1584. FLORENTIAE. — Fr. Ioannes a Pisis, Laicus, qui scrupulorum tentationem strenue toleravit, quibus usque ad obitum probatus, virtutibus plenus vitae coronam accepit.
1631. PISTORII. — P. Basilius a Flòrentia, ex nobili Bonciani Familia natus.
1637. SENIS. — Fr. Angelicus a Florentia, Laicus.
1674. LUCAE. — Fr. Stephanus a Ponte Aerae, item Laicus.
1719. FLORENTIAE. — Fr. Coelestinus ab eadem Civitate, pariter Laicus observantissimus et in laboribus assiduus.
1775. PISTORII. — P. Sebastianus ab eadem Civitate.
1809. SENIS. — Fr. Hugo ab eadem Urbe, Laicus multis virtutibus praeclarus, maxime paupertate, obedientia et laboris amore.
1851. FLORENTIAE. — Fr. Isidorus ab eadem Urbe, item Laicus.

DIE TERTIA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1585. ARRETII. — R. P. Ioannes a Novocomo, eximius Concionator et Guardianus, qui claris ortus natalibus, S. Alexii exemplo, prima nuptiarum nocte sponsa relicta, in Ordinem nostrum se recepit virginitatis amore, quam abstinentia, jeiuniis, flagellis, coeterisque corporis afflictationibus, orationis ac pietatis studio illibatam servavit annos natus sexaginta quinque, virginum coronam recepturus in coelis.

1610. SENIS. — P. Iacobus a Colle.

1614. PISTORII. — Fr. Benedictus ab eadem Civitate, Laicus.

1620. LIBURNI. — P. Petrus a Senis.

1622. PISTORII. — R. P. Ludovicus ab eadem Urbe, ex nobili Pacichelli Familia oriundus, qui praeclarus virtutibus persaepe Guardianus renuntiatus est.

1637. COLLE. — Fr. Bonaventura a Monte S. Sabini, Laicus.

1723. FLORENTIAE. — Fr. Raphael a Ponte Aerae, bonus Laicus.

1804. IBIDEM. — P. Antonius a Fibiana, pius et multa patientia probatus.

DIE QUARTA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1593. FLORENTIAE. — Fr. Bonaventura ab eadem civitate, Clericus sacris initiatus, ex nobili famiglia Ruoti progenitus, mira vitae innocentia atque orationis dono praeditus. In morte B. Virginem sibi occurentem conspexit.

1598. IBIDEM. — P. Felix a Florentia.

1602. VOLATERRIS — Fr. Iustus a Volaterris, Laicus.

1602. COLLE. — Fr. Iustinus a Sancto Cassiano de Balneis, item Laicus.

1606. FLORENTIAE. — Fr. Mansuetus a Sexto, pariter Laicus.

1607. COLLE. — P. Ioannes Baptista a Bononia, magno orationis spiritu praeditus.

1616. FLORENTIAE. — Fr. Michael ab eadem urbe, Clericus in multis virtutibus, sed maxime in terrenarum rerum ac saeculi contemptu optime exercitatus.

1667. PISTORII. — R. P. Robertus a Florentia, pluries Guardianus.

1727. CORTONAE. — Fr. Bonaventura a Valle Marina, Laicus.

1783. LIBURNI. — Fr. Antonius a Castro Franco inferiori, diligens et optimus Laicus.

1893. PISIS. — Fr. Felix a Trequanda, pariter Laicus multa modestia et affabilitate dotatus nec non in exequenda Superiorum voluntate diligentissimus.

DEFUNCTI SUNT

1585. FLORENTIAE. — Fr. Sanctes a Montopoli, Laicus, qui in religiosarum virtutum exercitio, charitate erga egenos, humilitate, paupertate et morum honestate maxime eluxit: regulari observantiae apprime addictus contemplationis dulcedinem cum operositate coniunxit, saepe visus est in ecstasim raptus et multa prophetico spiritu praedixit: plurium peccantium suis precibus conversionem impetravit: tandem, praedicta mortis die, feliciter quievit in Domino.

1597. SENIS. — Fr. Angelus ab eadem Civitate, Clericus ex nobilissima Saracinorum gente ortus.

1601. IBIDEM. — R. P. Silvester a Bergomo, Concionator et Lector.

1603. FLORENTIAE. — F. Salvator ab eadem civitate, Laicus.

1637. SENIS. — Fr. Columbanus ab eadem Urbe, pariter Laicus.

1629. EMPORII. — R. P. Laurentius a Luca, Concionator ex nobili Ciomei familia natus.

1693. FLORENTIAE. — P. Antonius M.ª a Senis, Neoconcionator ex illustri Ballatorum genere ortus, eximia ferventique devotione insignitus.

1716. VARSAVIAE. — R. P. Ioannes Baptista ab Arretio, Concionator ac optimus Sacerdos.

1760. FLORENTIAE. — Fr. Hieronymus a Montevarchio, Laicus bono exemplo commendabilis.

DIE SEXTA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1644. Pistorii. — P. Willelmus a Serripoli.

1683. Loandae. — R. P. Pietrus a Trasilico, Concionator et in Congi regno Missionarius Apostolicus. Vir animarum salutis desiderio et apostolico ardore succensus.

1732. Senis. — Fr. Guidus a Cortona, Laicus.

1738. Ibidem. — R. P. Franciscus a Liciniano, Concionator et Guardianus: vir devotus et tam in prosperis quam in adversis imperturbatus.

1753. Florentiae. — Fr. Christophanus a Liburno, Laicus.

1779. Argu Portu. — R. P. Cajetanus ab eodem Loco, Concionator et in Magni Haetruriae Ducis navibus Cappellanus, qui optimis moribus Religiosum prudentem et amabilem se ubique praebuit.

1789. Arretii. — Fr. Dominicus a Civitella, Laicus multa devotione praeditus.

1792. Sancti Quirici. — P. Seraphinus a Florentia, erga infirmos charitate plenus, omnibusque aliis boni Religiosi virtutibus luculenter ditatus.

1822. Florentiae. — Rev:mus P. Antonius ab eadem Urbe, Concionator, ex civilissima Targioni stirpe ortus, qui multarum animi et ingenii qualitatum exornatus, valde benemeritus est de Ordine nostro: nam Generalis a Secretis, Definitoris, Sacrae Indicis Congregationis Consultoris munera multa cum laude adimplevit, a celebrioribus Accademiis inter sodales adscitus et a Principibus, Regibus, Episcopis, Cardinalibus necnon a duobus Summis Pontificibus magnificatus.

1854. Senis. — P. Ludovicus a Pistorio, bonus et prudens.

1860. Florentiae. — Fr. Guidus a Soci, ob suam obedientiam et devotionem omnibus carus.

1876. Arretii. — Fr. Aloysius a Montevarchio, studens.

DIE SEPTIMA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1586. Senis. — P. Bonaventura a Radicophano.

1601. Prati. — Fr. Martinus a Stagia, Laicus.

1610. Item. — P. Raphael a Volaterris, summae austeritatis vir, a superioritatibus alienus et de sublimioribus virtutibus assequendis super omnia sollicitus.

1623. Pistorii. — Fr. Ioannes Baptista ab eadem Civitate, qui, licet ex nobili Rutati familia ortum accepisset, tamen inter fratres laicos adscribi voluit: quo in statu magna cum austeritate et exemplaritate perseveravit.

1623. Pisis. — P. Michael Angelus ab eadem Urbe, iuvenis Concionator.

1646. Florentiae. — P. Andreas ab eadem Urbe.

1693. Senis. — Fr. Vitalis ab Arcidosso, bonus Laicus.

1754. Pisis. — Fr. Illuminatus a Liburno, etiam Laicus.

1816. Arretii. — R. P. Dominicus a Biblena, Concionator et pluries Guardianus; Religiosus de animarum salute sollicitus et recta vivendi ratione commendabilis.

1843. Florentiae. — R. P. Ioseph a Septignano, Concionator et saepe saepius Guardianus, quippe qui fuerit Spiritu Domini repletus.

DIE OCTAVA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1593. Florentiae. — Fr. Fortunatus Pedemontanus, Clericus.

1598. Senis. — Fr. Donatus ab eadem Civitate, Laicus.

1601. Sancti Geminiani. — P. Arsenius a Florentia.

1603. Guami. — P. Iacobus a Pistorio.

1609. Florentiae. — P. Gregorius a Montevarchio.

1633. Romae. — Admodum R. P. Bonaventura a Pectorana, ex nobili familia Pancia, qui quum in Provincia Lectoris, Definitoris et Guardiani muneribus recte functus esset, ob ingenii et virtutum famam in Aprutina Provincia Minister renuntiatus est: quumvero generali Capitulo adesset, obdormivit in Domino.

1707. Senis. — R. P. Timotheus ab eadem Civitate, ex illustri Tinelli stirpe, qui, cum maioris illius civitatis Templi esset Canonicus, in nostro Ordine se recepit et pie vixit.

1767. Liburni. — R. P. Archangelus ab eadem Urbe, Concionator et frequenter Guardianus.

1784. Pistorii. — Fr. Franciscus a Florentia, Laicus prudens et otii valde inimicus.

1799. Senis. — Fr. Bernardinus a Sexto, perbonus Laicus, charitatis plenus et aegrotorum curator peritus.

1877. Arretii. — Fr. Romualdus ab Abbatia Sancti Salvatoris, Clericus, qui vix a Novitiatu egressus, iter faciens violento morbo correptus e vita migravit; quia placita erat Deo anima illius.

DIE NONA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1606. Florentiae. — P. Bernardinus a Senis, ex nobilissima Tolomeorum prosapia ortus.
1626. Prati. — Fr. Marianus a Clanciano, Laicus magna charitate, humilitate et prudentia decorus necnon aliarum virtutum exemplar: quare Guardiani officium per annos decem meruit obtinere: tandem prope centenarius magno civitatis concursu parentatus est.
1683. Loandae. — R. P. Robertus a Florentia, Concionator et fervens Missionarius Apostolicus in Regno Congi.
1687. Senis. — P. Bernardus a Bucino.
1710. Pistorii. — Fr. Ioseph Maria a Colle Elsae, Laicus.
1716. Varsaviae. — R. P. Clemens a Pisis, Concionator, de Catanti nobili ortus familia, qui aetate iuvenis in Poloniam missus, ibi sanctam quidem sed brevem duxit vitam.
1813. Civitellae. — Fr. Donatus ab eodem Loco, Laicus.
1847. Peccioli. — R. P. Iosephus M.ª a Liburno, Vicarius piissimus et patientissimus.
1856. Florentiae. — P. Fridericus a Pistorio, juvenis bonae voluntatis.
1874. Ibidem. — R. P. Dominicus a Casule, Concionator et Missionarius Apostolicus apud infideles, quorum conversionem summopere curavit.

DEFUNCTI SUNT

1610. Pistorii. — P. Marcellus a Pistorio, ex illuxtri familia Gai, conspicuus virtutibus et miro orationis spiritu donatus ita ut eam ad septem continuas horas protraxerit, in eaque perseverans, facie radiante, saepe etiam in ecstasim rapi visus sit. Qua propter magna sanctitatis fama diem suum obivit.

1611. Peccioli. — P. Franciscus a Prato, Concionator.

1615. Pisis. — Fr. Rufinus a Vernio Lucensi, Laicus.

1622. Senis. — Fr. Hugo ab eadem Civitate, item Laicus, qui ex nobili familia Bulgarini natus, summa humilitate inter conversos cooptari voluit et in omnium religiosarum virtutum exercitio usque ad finem permansit.

1626. Florentiae. — Fr. Iosephus a Fighino, Laicus.

1626. Puppii. — R. P. Anselmus a Pistorio, frequenter Guardianus et iam Novitiorum Magister; qui magno spiritu toto vitae suae tempore pietatem sectatus est, coeterasque virtutes, ut religiosam perfectionem compararet.

1725. Florentiae. — R. P. Michael Angelus a Balneo Romandiolae, Concionator exercitatissimus.

1810. Florentiolae. — Fr. Eusebius ab eodem Loco, vir bonus et exemplaritate decorus.

1823. Florentiae. — Fr. Iosephus a Rifredo item Laicus, qui vitam in assiduo virtutum exercitio egit fidelem et super omnia pacem et charitatem dilexit.

DIE UNDECIMA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1600. Arretii. — P. Cyprianus a Castula, egregius Concionator.
1600. Item. — P. Bernardinus a Sancto Cassiano de Balneis.
1602. Prati. — Fr. Sanctes a Pistorio, Laicus, qui ortus ex nobili genere Villani, in exercitio humilitatis Domino servivit.
1605. Monte Sancti Sabini. — Fr. Albertus a Florentia, Clericus.
1606. Monte Acuto. — P. Hieronymus a Senis.
1615. Pisis. — Fr. Simon a Barga, Clericus.
1630. Arretii. — P. Franciscus a Cejano.
1630. Ibidem. — R. P. Laurentius a Senis, ex nobilissima Familia Tolomei, Guardianus.
1713. Lucae. — R. P. Ioachim ab eadem Civitate, Concionator et quondam Guardianus.
1783. Florentiae. — P. Franciscus ab Emporio, perbonus Sacerdos et de divini cultus decore promovendo valde sollicitus.
1833. Liburni. — Fr. Franciscus a Rivoalto, Laicus.

DEFUNCTI SUNT

1615. Arretii. — Fr. Angelus M.ª a Senis, devotissimus Novitius Clericus, ex nobilissima familia de Tholomeis progenitus.
1618. Senis. — Fr. Miniates a Florentia, pariter Clericus.
1621. Ianuae. — P. Michaelangelus a Pistorio.
1624. Colle. — Fr. Hadrianus a Liburno, Clericus.
1626. Senis. — Fr. Paulinus a Corsagna, item Clericus.
1722. In Congo. — R. P. Ioannes Franciscus a Strada, Concionator et zelantissimus Missionarius Apostolicus.
1767. Castulae. — Fr. Bernardinus a Cortona, Laicus.
1831. Pisis. — Fr. Dionysius a Pistorio, item Laicus, qui ob suas optimas dotes, ab omnibus amatus fuit: at obedientia et religionis dilectio virtutes fuere, quae maxime in eo eluxerunt.
1837. Florentiae. — Fr. Ambrosius a Levane, item probus Laicus.
1890. Ibidem. — R. P. Raphael a Biblena, permultum a Superioribus existimatus propter ejus Religionis amorem et recte gubernandi prudentiam; ideoque persaepe ad Guardiani et Praesidis munera promotus fuit.

DIE DECIMA TERTIA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1598. FLORENTIAE. — Fr. Villelmus a Pistorio, Laicus mirae probitatis.
1600. SENIS. — P. Dominicus a Liciniano.
1603. ARRETII. — P. Franciscus a Clanciano, magna vitae sanctimonia virtutumque cumulo omnino praeclarus.
1606. PECCIOLI. — P. Stephanus a Florentia.
1625. SARTEANI. — Fr. Sanctes a Senis, Laicus, qui, relicta nobili familia Santi, ex qua natus erat, in humili laicorum coetui adnumerari voluit.
1784. PRATI. — Admodum R. P. Eugenius a Florentia, qui Concionatoris, Lectoris et Definitoris munera explevit cum laude optimi Religiosi et in diuturnis infirmitatibus patientissimi.
1793. FLORENTIAE. — R. P. Ioseph a Florentiola, Concionator et pluries Guardianus regularis disciplinae diligens custos.
1868. PISIS. — P. Salvator ab Apua.
1877. FLORENTIAE. — Fr. Hyppolitus a Monte Murlo, Laicus devotus.
1991. TRAPEZUNTE IN ASIA. — R. P. Ioannes Baptista a Camajore, Concionator et juvenis Missionarius Apostolicus, qui integerrimis moribus praeditus et ferventissimo zelo salutis animarum flagrans, in illam missionem vix appulsus suae pietatis et bonae voluntatis praemium accepit.

DIE DECIMA QUARTA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1676. Liburni. — P. Franciscus ab Equi, optimis dotibus locupletatus et sanctae Regulae fidelis observator.

1683. Loandae. — R. P. Gabriel a Sancto Marcello, Concionator et in Regno Congi Missionarius Apostolicus.

1698. Senis. — Fr. Marianus a Casula Elsae, bonae et simplicis vitae Laicus.

1738. Castulae. — R. P. Bartholomaeus a Sarteano, Concionator, saepe Guardianus et omni tempore bonus et honoratus Religiosus.

1755. Monte Politiano. — Fr. Aegidius a Lamporechio, iuvenis et modestus Laicus.

1762. Florentiae. — P. Antonius a Sorana, Concionator, diu per invictam patientiam probatus longum et acerbum morbum sine querela, imo hilari vultu constantissime sustinens.

1763. Lucae. — R. P. Venerabilis Guidus a Luliano Concionator, qui ex honesta et civili familia Politi natus, a teneris annis multis virtutibus et singularibus sanctitatis donis est insignitus; in cuius obitu multa beneficia, ipso intercedente, a fidelibus impetrata fuere, ut de eius Beatificatione causa apud Romanam Curiam introducta sit.

1793. Liburni. — Fr. Benedictus ab eadem Civitate, bonus Laicus.

1834. Ibidem. — Admodum R. P. Ioachim a Seravetia, egregius Concionator, Lector et Definitor.

1850. Item. — R. P. Veranus a Pecciolo, Concionator, qui exemplari et religiosa, necnon in salutem animarum sollicita vivendi ratione praeluxit: saepe Provincialis a Secretis fuit et obiit, dum esset huius civitatis in veteri Coemeterio Curio.

1860. Fighini. — R. P. Romualdus a Gabiniana, prudens et observantissimus Guardianus, valde devotus, omnibusque dilectus.

1878. Arretii. — Fr. Hyppolitus a Montevarchio, Laicus charitatis plenus, paupertatis et solitudinis amator et in regulari observantia semper assiduus.

DIE DECIMA QUINTA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1593. In Sardinia. — P. Cosmas ab Arretio, Concionator.
1602. Florentiae. — P. Hadrianus ab eadem Civitate.
1604. Arretii. — P. Ioannes Baptista a Foiano, integritate et maturitate vitae clarus.
1605. Castulae. — Fr. Simeon a Pisis, Laicus.
1610. Pisis. — Fr. Lucianus a Luca, item Laicus.
1610. Liburni. — P. Matthaeus a Siracusis, ex nobilissima domo Platamona ortus.
1648. Senis. — R. P. Dionysius ab eadem Civitate, Concionator et Vicarius, aetate iuvenis, virtute maturus.
1652. Florentiae. — Fr. Accursius a Monte Ilcino, Laicus bonus, laboribus addictus, spiritu orationis et paupertate commendabilis.
1743. Lucae. — P. Franciscus a Colle, Studens optimis praeditus moribus.
1768. Pistorii. — R. P. Bernardinus a Cutiliano, Concionator.
1865. Florentiae. — P. Bernardinus ab Apua, assiduus Concionator.
1873. Ibidem. — P. Raphael a Gabiniana, item Concionator zeli plenus et in excipiendis fidelium confessionibus frequens.

DIE DECIMA SEXTA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1639. Peccioli. — R. P. Christophanus ab Uzzano, Concionator, et Guardianus.

1662. Liciniani. — P. Dionysius a Senis, ex nobili Perini Familia, qui pietatis et puritatis amore enituit.

1672. Lucae. — R. P. Franciscus a Cortona, Concionator, de illustri Venuti familia ortus. Fuit frequenter Guardianus, regularis disciplinae studiosus, sibi rigidus, aliis charitatis plenus.

1700. Arretii. — R. P. Iacobus a Liciniano, Concionator et crebro Guardianus, qui ex claro genere Griffoli ortum acceperat.

1726. Sancti Quirici. — Fr. Bonaventura a Pecciolo, Laicus virtute laudabilis.

1802. Senis. — P. Bernardinus ab eadem Civitate, de nobili Franceschini genere, qui multis virtutibus Ordinem condecoravit.

1849. Florentiae. — P. Maximus ab eadem Urbe, pro animarum salute fervoris et zeli plenus.

1857. Pisis. — R. P. Nicodemus ab Apua Concionator, saepe Superior sollicitus, et multa virtute exornatus.

1886. Item. — Fr. Philippus ab Apua, pius ac fervidus Laicus, qui per multos annos confratribus infirmis animo benevolenti servivit.

1894. Ibidem. — R. P. Sebastianus ab eadem Civitate, Concionator et persaepe Guardianus, moribus irreprehensus, servans decorem Ordinis virtutum exercitio, quas religiosa sua comitate reddebat amabiles.

DIE DECIMA SEPTIMA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1618. PRATI. — R. P. Barnabas a Florentia, ex clara stirpe Del Rena ortus, qui, optimus quum esset Religiosus, Concionatoris, Guardiani et Magistri Novitiorum munera laudabiliter implevit.

1622. MASSAE. — Fr. Placidus a Bassa, Laicus.

1622. SENIS. — F. Taddaeus a Castrunculo, item Laicus.

1625. ARRETII. — Fr. Andreas a Monte Albo, item Laicus.

1680. FLORENTIAE. — Fr. Ioseph a Vernio Bardorum, et ipse Laicus devotus.

1740. EMPORII. — Fr. Victorius ab Agro Clusino, item Laicus.

1749. FLORENTIAE. — P. Franciscus ab Emporio, laudabilibus moribus ditatus.

1807. CORTONAE. — R. P. Antonius a Florentia, Iam Theologiae Professor fuit habilis Concionator; ut Superior, charitate et zelo repletus et omni tempore integerrimus Religiosus.

1817. PISTORII. — R. P. Carolus ab Ecclesia Uzzanensi, Concionator valde fervidus, et Religiosus singularis virtutis et sanctae vitae.

1894. PISIS. — Fr. Petrus-Aloysius a Florentia, devotissimus Clericus et multis ornatus virtutibus.

DEFUNCTI SUNT

1602. Senis. — Fr. Petrus a Sancto Cassiano de Blaneis, Laicus.
1606. Arretii. — Fr. Barnabas a Sancto Philippo, item Laicus austeritate vitae admirabilis.
1608. Peccioli. — Fr. Petrus a Terricula, Laicus.
1610. Pisis. — Fr. Pacificus ab Anglario, item Laicus.
1611. Guami. — Fr. Leonardus vulgo da Campi, item Laicus.
1638. Liburni. — P. Mansuetus a Bevelio.
1734. Florentiae. — R. P. Antonius a Piscia, Concionator zelo plenus, Sanctae Regulae amator suaeque Professioni fidelis.
1759. Senis. — P. Ioannes Baptista a Sancto Sabino, Concionator, bonus Religiosus, optimisque exemplis.
1776. Emporii. — Fr. Ioseph a Monte Lupo, Laicus.
1799. Florentiae. — Fr. Felix a Lauro, Laicus devotus et orationi intentus.
1801. Apuae. — Fr. Franciscus ab eadem Civitate, et ipse Laicus.
1872. Biblenae. — Fr. Damianus a Trequanda, Laicus amplexato Ordini addictissimus, exemplaris et laboriosus.

DIE DECIMA NONA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1631. FIGHINI. — Fr. Raphael a Colle, Laicus, dum epidemico morbo laborantibus laetus et lubens ministraret.

1631. ITEM. — Fr. Benedictus a Fibiana, pariter Laicus, qui eodem charitatis spiritu motus, et ipse fero morbo perculsus mortalis esse desiit.

1652. LUCAE. — R. P. Aloysius a Pistorio, ex nobili familia Nutini, magni studii et praeclari ingenii vir; Concionator celebris, qui plura Religionis munera magna cum prudentia obivit.

1734. ITEM. — F. Ludovicus a Massa, virtute praeclarus.

1740. FLORENTIAE. — R. P. Fridericus a Strada, Concionator, ex honorata et nunc nobili Familia Gatteschi ortus, dignus qui frequenter Guardianus et Sanctae Mariae Novae Praeses electus sit.

1744. ARRETII. — Fr. Cosmas M.[a] a Podio Caianensi, Laicus, infirmorum curator valde peritus: quo in munere per multos annos magna cum charitate se exercuit.

1760. FLORENTIAE. — P. Nicolaus ab Emporio, Concionator, ex domo Pandolfi; qui doctorali laurea iam obtenta, dum Iudicis munere fungeretur, ad nostros convolavit, et magno spiritu se cum sacro Ministerio totum addixisset, adhuc iuvenis mortem oppetiit.

1789. SANCTI CASSIANI. — Fr. Ludovicus a Soviliana, Laicus, qui propter prudentem et devotam conversationem omnibus carus fuit.

1797. PRATI. — Fr. Ambrosius a Levane, item, Laicus pari bonitate et virtute decorus.

1864. FLORENTIAE. — Fr. Ioseph Antonius a Pistorio, Clericus, studens optimis praeditus moribus et piissimus.

DIE VIGESIMA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1586. CORTONAE. — Fr. Bernardus ab Arretio, Clericus.

1595. IDEM. — Fr. Hieronymus a Valle Pierlae, Laicus.

1606. SENIS — R. P. Rufinus a Liciniano, Sancti Geminiani Guardianus.

1714. FLORENTIAE. — R. P. Michaelangelus ab eadem Civitate, egregius Concionator et pluries Superior optimus.

1729. ITEM. — Admodum R. P. Ignatius a Florentia, Concionator et Coenobii Pratensis Guardianus, qui summis meritis et doctrina ornatus ad fundationem Polonae Provinciae missus, multum adlaboravit et Sacram Theologiam docuit, reversusque in nostram Haetruriae Provinciam Definitoris et Provincialis munia obtinuit et magna aequitate absolvit.

1750. IBIDEM. — Fr. Cletus a Pistorio, Laicus dulci et modesta indole bonoque exemplo decoratus.

1767. LUCAE. — Fr. Placidus ab eadem Civitate, item Laicus.

1833. FLORENTIAE. — Fr. Ferdinandus a Lignaria, pariter Laicus obedientiae, humilitatis, charitatis spiritu ferventique Dei amore ditatus.

DIE VIGESIMA PRIMA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1587. ARRETII. — Fr. Vincentius a Cortona, Clericus.
1593. ITEM. — Fr. Ioseph a Florentia, Laicus.
1606. FLORENTIAE. — Fr. Seraphinus a Flaviano, item Laicus bonitate et virtute singularis.
1669. IBIDEM. — Fr. Martinus a Monte Hughiorum, pariter Laicus.
1679. ARRETII. — Fr. Ioseph a Burgo Sancti Laurentii, et ipse Laicus, devotissima vivendi ratione conspicuus et suae Professionis egregie studiosus.
1688. FLORENTIAE. — Fr. Bartholomaeus ab Emporio, Laicus, qui in bonis operibus suo statui convenientibus totus fuit.
1720 ARRETII. — P. Dominicus a Quarata, morigeratus Sacerdos.
1740. PISIS. — R. P. Antonius Franciscus a Senis, Concionator et olim Ergastuli Ligurnensis Praeses: vir amator pacis et eo in alios placidior, quo in se austerior.
1789. FLORENTIAE. — R. P. Tiburtius a Monte Varchio, Concionator et ob regularis observantiae amorem saepe saepius Guardianus.

DIE VIGESIMA SECUNDA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1583. FLORENTIAE. — R. P. Philippus a Mugello, Guardianus.

1586. ITEM. — Fr. Aegidius a Cortona, Laicus.

1691. FLORENTIAE. — Fr. Arsenius a Sancta Maria in Podio, item Laicus otii inimicus ac valde bonus Religiosus.

1712. LUCAE. — Fr. Franciscus a Rivarolo, item Laicus multis religiosis virtutibus, praecipue vero charitate, et paupertate ornatus.

1734. FLORENTIAE. — R. P. Petrus Aloysius ab Urbino, ex nobili Maggi familia, iam in Sacro Stephaniano Ordine eques ; quondam Guardianus.

1809. PISTORII. — R. P. Donatus a Montevarchio, ex honorata Pecci progenie ortus, qui regularîs disciplinae, fraternae charitatis et sanctae orationis cultu emicuit.

1840. ITEM. — Fr. Angelus a Gabiniana, Laicus, cujus morum exemplaritas multum laudatur, sicut eius pietas in Deum et in officiis adimplendis fidelitas.

1870. CRESPINAE. — Fr. Bonifacius ab eodem Loco, Laicus.

1879. PISTORII. — Fr. Alexius a Cortona, item Laicus devotus.

DIE VIGESIMA TERTIA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1586. SENIS. — Fr. Vincentius a Monte Politiano, Laicus.

1610. FLORENTIAE — R. P. Cyrillus a Ponte Rinianensi, venerabilis nonagenarius senex.

1619. ITEM. — Fr. Pius a Monte Sancti Sabini, Laicus.

1623. SANCTI GEMINIANI. — P. Eugenius a Florentia, ex nobilissima familia Tempi ortus, qui quamvis in iuvenili aetate a morte ereptus, tamen non parva virtutum, sed praecipue humilitatis exempla nobis reliquit.

1627. FLORENTIAE. — Fr. Lazarus a Prato, Laicus.

1631. GUAMI. — Fr. Paulinus a Luca, item Laicus, qui sponte serviendo morbo epidemico laborantibus, in hoc charitatis officio a vivis sublatus est.

1774. PISIS. — R. P. Dominicus a Ponte Aerae, Concionator et pluries Guardianus.

1834. FLORENTIAE. — P. Dionysius a Sancto Miniate.

1855. SENIS. — R. P. Angelus M.[a] ab eadem Civitate, Concionator et quondam Missionarius Apostolicus inter Turcas; quo in munere pro animarum salute multa passus est: sed infirmitatis causa redire in patriam coactus, post non breve patientiae exercitium, quievit in Domino.

DIE VIGESIMA QUARTA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1610. FLORENTIAE. — Fr. Ioannes Paulus a Puppio, devotissimus Laicus.

1613. SENIS. — P. Hieronymus a Monte Ghisi.

1622. LUCAE. — Fr. Cherubinus a Corsagna, Clericus.

1623. MONTEVARCHIO. — Fr. Taddaeus ab Altomena, Laicus.

1642. SENIS. — Fr. Michael Angelus a Pisis, Clericus, ex illustri familia Palmerini oriundus.

1649. PISIS. — R. P. Sebastianus a Laterina, Vicarius.

1717. FLORENTIAE. — R. P. Bartholomaeus a Barga, Concionator et quondam Guardianus.

1721. ITEM. — R. P. Philippus a Florentia, Concionator, Rev.mi P. Bernardini ab Arretio Generalis a Secretis, cuius memoria semper in benedictione erit, non solum quia omni cum diligentia et magnis laboribus neglectos Provinciae commentarios primus ipse collegit; sed etiam quia religiosarum virtutum fuit eximius cultor.

1724. LUCAE. — P. Michael Angelus a Peretula, Studens, promptus ingenii et deditus pietati.

DIE VIGESIMA QUINTA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1644. VOLATERRIS. — Fr. Philippus ab Impruneta, Laicus.
1648. LUCAE. — Fr. Bonaventura a Casule, Clericus.
1650. SENIS. — Fr. Ioseph ab Asciano, optimus Laicus.
1660. MONTEVARCHIO. — Fr. Zenobius ab Abbatia ad Septimum, Laicus.
1666. SENIS. — R. P. Ludovicus a Valle Octavae, Guardianus.
1712. FLORENTIAE. — R. P. Archangelus a Sancta Maria in Podio, optimus Guardianus.
1724. SANCTO MINIATE. — R. P. Philippus M.[a] a Volaterris, ex nobili Guarnacci familia natus, qui in Praedicationis munere praestans: sed magis integritate morum, modestia, humilitate.
1757. FLORENTIAE. — Fr. Iacobus a Pelago, Laicus, qui a Deo lectissima dona, inter quae spiritum poenitentiae et suavem Dominicae passionis contemplationem excepit.
1760. ITEM. — Fr. Bonaventura a Pistorio, pariter Laicus, cuius virtus in aegrotorum curatoris munere enituit.
1789. APUAE. — R. P. Ignatius ab eadem Civitate, Concionator, Guardianus et semper optimus Religiosus.
1810. FLORENTIAE. — R. P. Fidelis a Terranova, qui Legisperitus et Iudex mundo valedicens, Christi crucem amplexatus est eique fidelis permansit usque ad mortem.
1866. PISIS. — R. P. Franciscus Antonius a Castro Plani, Concionator, vir moribus irreprehensibilibus et pro animarum salute magno zelo insignitus, quem per multos annos exercuit, catecheseas instructiones Populo tradens.
1891. FLORENTIAE. — Fr. Dominicus a Quarto, Laicus multis rarisque virtutibus cumulatus, non tam fratribus, quam in saeculo degentibus bonum ubique exhibens exemplum.

DIE VIGESIMA SESTA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1606. PISIS. — P. Alexius a Podio Bonitio.
1608. LIBURNI. — P. Gregorius a Sinalonga.
1610. SENIS. — Fr. Tiburtius a Monte Varchio, bonus Laicus.
1649. PLEBE SANCTI STEPHANI. — R. P. Vincentius a Florentia, Guardianus observantiae regularis amator.
1795. FLORENTIAE. — Fr. Iosephus ab Apua, Laicus, qui per octoginta annos bonus semper extitit et ob religiosam comitatem omnibus carus.
1845. LIBURNI. — Fr. Anastasius ab Arretio, item Laicus laudabilis propter exemplarem vitae rationem et in officiis sibi a Superioribus commissis fidelitatem.
1860. IN REGNO CILIS. — R. P. Benedictus a Fraxignone, Concionator et zelantissimus Missionarius Apostolicus.
1871. IBIDEM. — R. P. Ignatius a Podio Bonitio, sollicitus Concionator, exemplaris Sacerdos, et infaticabilis Missionarius Apostolicus, qui bonorum operum mercedem in civitate Sancti Iacobi a Domino accepit.

DIE VIGESIMA SEPTIMA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1586. Pisis. — Fr. Marcellus ab eadem Civitate, Laicus.
1606. Guami. — P. Angelus a Flaviano.
1613. Senis. — Fr. Marius a Fighino, Laicus.
1631. Lucae. — Fr. Christophanus ab eadem Civitate, pariter Laicus.
1688. Senis. — P. Ruphinus a Scrofiano.
1695. Florentiae. — P. Bonaventura a Plebe ad Fusinam.
1767. Liburni. — R. P. Iustinianus ab eadem Urbe, Concionator, ex civili familia Corrieri ortus qui doctorali laurea iam obtenta, saeculo valedicens ad nostros convolavit et Guardianatus aliorumque officiorum honores abdicavit, ut totus in suam sanctificationem incumberet.
1824. Sancti Cassiani. — Fr. Raphael a Prato, Laicus.
1855. Emporii. — Fr. Vitalis a Prato, item Laicus optimus et laboriosus.

DIE VIGESIMA OCTAVA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1631. Fighini. — P. Franciscus a Fucechio, qui laborantibus morbo epidemico benigne serviens, ipsa crudeli aegritudine contracta, animam pro fratribus posuit.

1764. Florentiae. — P. Thomas a Levane, Concionator.

1767. Item. — R. P. Rainerius a Pisis, Concionator et Guardianus.

1799. Pisis. — Fr. Mauritius a Liburno, Laicus sanctae obedientiae praesertim studiosus.

1799. In Regno Brasiliensi. — R. P. Antonius a Venetiis, Concionator, Missionarius et Praefectus Apostolicus; praeclarus virtutibus et doctrinis locupletatus, quibus multa bona operatus est in vinea Domini.

1817. Castulae. — P. Felix a Liciniano.

1826. Florentiae. — Fr. Simon a Fighino, Laicus, qui multa praebuit exempla virtutum.

1863. Pisis. — P. Cajetanus ab eadem Civitate, qui in religiosarum virtutum exercitio multum profecit, singulari vero modo in humilitate et patientia.

1866. Ibidem. — R. P. Marianus ab Apua, Concionator zeli plenus, et per annos sex et triginta Guardianus de regulari observantia semper sollicitus.

DIE VIGESIMA NONA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1637. Florentiae. — R. P. Prosperus a Plumbino, qui ob singularem virtutem et admirabilem poenitentiae spiritum, magistri Novitiorum et saepe saepius Guardiani officia obtinuit, in quorum exercitio ultra octogenarius perseverans non parvam sanctimoniae famam adeptus est.

1695. Loandae. — R. P. Philippus a Senis, Concionator et Apostolicus Missionarius in Regno Congi.

1733. Sancti Cassiani de Balneis. — Fr. Gregorius a Campo Maiore, Laicus.

1792. Florentiae. — R. P. Didacus ab eadem Civitate, Concionator et quondam Guardianus, magna simplicitate ditatus.

1821. Emporii. — R. P. Nicolaus a Capalle, Guardianus: vir valde laboriosus, fervoris ac zeli plenus et devotus praecipue erga B. Virginem Mariam, in cuius honore singulis sabatis solo pane et aqua ieiunabat.

1834. Florentiae. — R. P. Seraphinus ab eadem Urbe, Concionator.

1858. Emporii. — P. Bonaventura a Liburno.

1860. Pistorii. — Fr. Seraphinus ab Egilio, iuvenis Laicus, sed virtutibus cumulandis valde intentus, de quo dici potest: Consummatus in brevi explevit tempora multa.

1877. Arretii. — Fr. Placidus a Monticulo, optimus Laicus, qui in curandis confratribus infirmis suam peritiam et charitatem exercuit.

DIE TRIGESIMA IUNII

DEFUNCTI SUNT

1606. Pistorii. — P. Patritius a Florentia, pietate clarus.

1608. Liburni. — Fr. Remigius a Florentia, Laicus.

1610. Guami. — Fr. Benedictus a Luca, item Laicus magnae virtutis et austeritatis.

1613. Senis. — Fr. Marius a Fighino, Laicus.

1615. Prati. – P. Laurentius ab eadem Civitate, ex nobilissima Vai familia progenitus et adhuc studens.

1631. Sancti Geminiani. — Fr. Illuminatus a Volaterris, Laicus, qui, cum auxilium suum benigne praeberet morbo epidemico laborantibus, eodem et ipse correptus pie in Domino quievit.

1708. Arretii. — Fr. Philippus a Sambuca, devotissimus Clericus et vitae integerrimus.

1737. Ulyssipone in Lusitania. — Admodum R. P. Andreas a Luca, Concionator, Praefectus et Missionarius Apostolicus, qui in Sancti Thomae missionibus propter zelum religionis et iustitiae magnam sustinuit persecutionem, in qua forte potionatus occubuit.

1804. Prati. — P. Seraphinus a Caregio, Concionator.

DIE PRIMA IULII

DEFUNCTI SUNT

1568. Florentiae. — P. Stephanus a Prato.

1622. Emporii. — Fr. Bonaventura a Sancto Severino, Laicus.

1633. Florentiae. — R. P. Hilarius ab eadem Civitate, qui Guardiani munere relicto, ultro se sublevandis morbo epidemico laborantibus obtulit: quam perfectae charitatis operam exercens ad finem suum properavit.

1633. Item. — P. Archangelus a Florentia, ob eandem causam suae charitatis victima.

1665. Item. — Fr. Ioannes a Mediolano, Laicus, qui Crucis mortificationem jugiter in suo corpore pro Chisti honore portavit.

1717. Ibidem. — Fr. Angelus ab Antona, Clericus.

1720. Senis. — R. P. Petrus ab eadem Civitate, Concionator et frequenter Guardianus, quia Religiosi probi et solliciti nomen habebat et merita.

1779. Turriculi. — R. P. Benedictus a Vellano, Praedicator et frequenter Guardianus optimus, qui regularem observantiam sedulo coluit ardentique zelo promovit.

1814. Castulae. — P. Ioseph Maria a Castula.

1817. Sancti Cassiani. — R. P. Aloysius a S. Geminiano, Guardianus, qui per regularis disciplinae custodiam et praedicationem verbi Dei non modo propriam; sed etiam proximorum salutem sollicita charîtate curavit.

1903. Mussoorie *(In Indiis Orientalibus).* — Admodum R. P. Hilarius a Montevarchio Missionarius Apostolicus ac in Archidioecesi Agraensi Generalis Vicarius, qui dum in Provincia humanis sacrisque litteris tradendis sedulam navasset operam; salutis animarum desiderio flagrans in orientales Indias profectus pari sedulitate ac zelo rem christianam promovit, sed immaturo fato eripitur.

DIE SECUNDA IULII

DEFUNCTI SUNT

1579. MONTE POLITIANO. — Admodum R. P. Clemens a Neapoli, Concionator, Novitiorum Magister et Guardianus Arretini Coenobii, quod experientissimus quum esset et plenus spiritu seraphico ex obedientia reliquit, dignus iudicatus, qui in Galliam ad jacienda nostrae Congregationis fundamenta et monasteria excitanda destinaretur. Quod successit ex sententia.

1594. FLORENTIAE. — Fr. Callistus ab Incisa, Laicus.

1601. PISTORII. — Fr. Dalmatius ab eadem Civitate, item Laicus.

1608. LIBURNI. — Fr. Raphael a Florentia, Clericus.

1633. FLORENTIAE. — P. Seraphinus ab Emporio, qui, morbo epidemico laborantibus assistendo contagione contracta, vitam heroica caritate profudit.

1734. SANCTO MINIATE. — Fr. Benedictus a Senis, Laicus.

1750. FLORENTIAE. — P. Marius a Luliano, Concionator expectationi Provinciae immature ablatus.

1756. ITEM. — Fr. Ruphinus a Pîstorio, probus ac devotus Laicus.

1807. IBIDEM. — P. Leopoldus a Florentia, Concionator, qui suum ministerium sanctitate vitae honorificavit.

1891. PISIS. — Fr. Victorius ab Apua, Laicus multa bonitate, simplicitate, charitate et devotione praeditus.

DIE TERTIA IULII

DEFUNCTI SUNT

1597. SENIS. — Fr. Iacobus a Salle, Clericus.

1600. FLORENTIAE. — Fr. Fabianus a Bergomo, Laicus.

1618. SENIS. — P. Iosephus a Sinalonga, venerabilis et optimus senex.

1694. CORTONAE. — Fr. Felix Maria a Monte Miniario, angelicis moribus Clericus.

1786. LUCAE. — R. P. Bartholomaeus ab eadem Civitate, Concionator, pluries Guardianus et semper fidelis Dei servus et prudens.

1792. ARRETII. — Admodum R. P. Fidelis ab eadem Urbe, Praedicatoris, Lectoris, Definitoris et Provincialis munere, ea difficilima tempestate, summa prudentia aeque ac bono exemplo et Ordinis decore perfunctus.

1797. RADICOPHANI. — Fr. Felix ab eodem Loco, Laicus, qui toto religiosae vitae suae tempore in omni semper virtutum genere se exercuit.

1823. LIBURNI. — Fr. Ludovicus a Sexto Florentino, item Laicus, qui Instituti disciplinae et regularum observantia iter perfectionis ad obitum usque calcavit.

1850. PISTORII. — R. P. Ioachim ab eadem Civitate, cui quanta perfectio inesset, maxima, qua peste infectis ministravit, charitas patefecit.

DIE QUARTA IULII

DEFUNCTI SUNT

1593. Florentiae. — Admodum R. P. Christophorus ab Utiano, Praedicator et magnae virtutis ac observantiae Pater, qui bis Provincialis Minister vigilantissimus renuntiatus est.
1597. Senis. — Fr. Andreas a Sancto Geminiano, devotus Clericus.
1605. Florentiae. — Fr. Hadrianus a Foro Cornelii, Laicus.
1608. Sancti Geminiani. — P. Cyprianus a Radicophano.
1677. Florentiae. — R. P. Vincentius ab Insulano, Concionator, qui amori Dei et proximi studiose vacavit.
1677. Item. — P. Bartholomaeus a Senis.
1724. Montevarchio. — Admodum R. P. Franciscus a Lauro, Concionator, qui eruditione praeclarus Lectoris ed Provincialis Ministri munus recte prudenterque exequutus est.
1810. Liburni. — P. Damianus ab eadem Civitate, qui, negotiatione relicta, cum timore et tremore suam aeternam salutem operatus est.

DIE QUINTA JULII

DEFUNCTI SUNT

1631. Lucae. — P. Simon a Gallicano, victima charitatis in peste aegrotantes impensae.
1631. Ibidem. — R. P. Franciscus a Massa Ducali, Concionator in huiusmodi charitatis exercitio et ipse pestilitate consumptus.
1644. Florentiae. — Fr. Venantius a Senis, Laicus.
1669. Massae. — P. Angelicus a Pisis, optimus moribus, mathesis peritissimus et frequenter Guardianus.
1683. Arretii. — P. Felix a Monte Sancti Sabini, rectus et simplex.
1683. Lucae. — P. Bonaventura a Colle Vallis Nebulae, Concionator, qui inter coeteras virtutes longanimitatem et patientiam coluit.
1693. Senis. — Fr. Victorius ab Orbecho, Laicus.
1767. Florentiae. — R. P. Ioannes Franciscus ab eadem Civitate, Praedicator et Vicarius.
1779. Pisis. — P. Albertus ab eadem Civitate, item Concionator valde pius et charitatis plenus.
1807. Florentiae. — Fr. Michaelangelus ab Arretio, Laicus, qui orationi et labori addictus virtutum culturae animum intendit.
1832. Senis. — Fr. Sanctes ab Asciano, Laicus Tertiarius, qui vitam semper duxit devotam et ad seram usque senectam valde operosam.
1837. Florentiae. — Fr. Isidorus a Mutilo, Laicus, qui in religiosa palaestra se exercens regularis observantiae exemplar coeteris factus est.
1890. Trapezunte in Asia. — Adm. R. P. Victorinus a Florentia, Concionator et Missionarius Apostolicus. Vir bonae voluntatis nec non animarum salutis, quoad vixit, studiosissimus.

DIE SEPTIMA JULII

DEFUNCTI SUNT

1605. ARCIDOSSI. — P. Anastasius a Sancta Sophia.
1607. FLORENTIAE. — P. Michael ab eadem Civitate.
1632. IBIDEM. — P. Christophorus a Massa Vallis Nebulae.
1707. SENIS. — R. P. Antonius a Fontesatolo, Concionator, et aliquando Guardianus ingenio et virtutibus religiosis praeclarus.
1733. FLORENTIAE. — Fr. Iacobus a Sancto Domnino, Laicus simplex et rectus.
1747. ARRETII. — Fr. Michael Angelus ab eadem Civitate, item Laicus docilis et obediens.
1807. FLORENTIAE. — Fr. Nicolaus a Palatiolo, pariter Laicus.
1832. LIBURNI. — Fr. Fidelis a Sancto Geminiano, item Laicus erga B. Virginem devotissimus.
1894. FLORENTIAE. — Fr. Marcellinus a Tisana, pariter Laicus religioso spiritu ornatus et in exequendis suis promissis Domino fidelis.

DIE OCTAVA IULII

DEFUNCTI SUNT

1579. Colle. — R. P. Iustus a Pistorio, Guardianus.

1608. Arretii. — P. Gregorius a Turrita.

1631. Plebe Sancti Stephani. — R. P. Franciscus Maria a Volaterris, Praedicator et Guardianus, ex nobili Maffeorum familia oriundus. Eius vita fuit omnium religiosarum virtutum absolutum exemplar.

1646. Florentiae. — P. Iacobus a Pistorio.

1667. Fighini. — P. Ioannes Franciscus a Seravetia bona vivendi ratione conspicuus.

1672. Liciniani. — Fr. Valentinus a Quarata, Laicus.

1698. Montevarchio. — P. Paulus a Litiano.

1746. Pistorii. — R. P. Carolus Maria ab eadem Civitate, ex illustri Puccini domo natus, qui fuit Concionator et aliquando Superior valde laudandus.

1812. Pisciae. — Admodum R. P. Augustinus ab eadem Civitate, qui suppressionis tempore in paternam domum se recipere coactus ibidem brevi evolavit ad regnum iis promissum, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

DEFUNCTI SUNT

1589. Senis. — Fr. Cassianus a Sancto Cassiano de Balneis, Laicus.

1662. Florentiae. — R. P. Albertus a Senis, Concionator zeli plenus et Guardianus regularem observantiam vigilans, qui ex nobili Familia Alberti natus erat.

1723. Pisis. — P. Dominicus a Montemagno, qui enituit assiduo religiosarum virtutum studio et singulari diligentia in actibus vitae communis.

1728. Arretii. — P. Antonius a Luco Feroniae, Concionator, in quo dolus non fuit; quippe qui mira simplicitate donatus.

1768. Florentiae. — Fr. Basilius ab eadem Civitate, bonus ac patiens Clericus.

1786. Sancti Geminiani. — Fr. Damianus a Senis, optimis meritis Laicus.

1798. Florentiae. — R. P. Michael Angelus a Peretula, Praedicator et saepe Guardianus, cuius vita religiosa praeclare laudatur sanctis et urbanis exornata moribus, quorum corona fervens in proximos charitas.

1826. Ibidem. — Fr. Dominicus a Mutilo, Laicus invicta patientia clarus.

1895. Lugduni. — Reverendissimos Dominus Franciscus Maria Pesci a Florentia, Episcopus Allahabadensis in India, qui, absoluto studiorum curriculo, ad Missiones convolavit, electusque Episcopus titularis Murrianensis et Vicarius Apostolicus Patnae, tandem primus Episcopus novae Diocesis Allahabadensis a Leone XIII anno 1881, nullis parcens sumptibus, neque laboribus, multa utilissima tum ad augendam cum ad propagandam inter infideles religionem excitavit opera; reversusque in patriam eleemosynas collecturus, pro aliis perficiendis, quae animo moliebatur, Lugduni morbo correptus, eheu! immaturius e vivis ereptus est.

1900. Florentiae. — R. P. Carolus a Seravetia, qui multis virtutibus praeditus et praesertim eximia charitate, Concionatoris et Guardiani fideliter munus absolvens pie mortem oppetiit.

DEFUNCTI SUNT

1572. SENIS. — Admodum R. P. Michael Angelus a Florentia, Concionator, qui ex nobilissima Ubaldinorum prosapia in saeculo natus Religionem illustravit multis meritis et virtutibus, ut annales nostri testantur. In Provincia Ministri Provincialis munus obtinuit et Venetiis Generalis Commissarius fuit.

1602. PISTORII. — Fr. Alphonsus ab eadem Civitate, Laicus.

1605. CORTONAE. — Fr. Mansuetus ab eadem Civitate, item Laicus singulari bonitate ditatus.

1613. LIBURNI. — Fr. Leo a Castula, pariter Laicus.

1616. FLORENTIAE. — Fr. Hilarion a Nursia, item Laicus.

1814. SENIS. — Admodum R. P. Angelus Maria ab eadem Civitate, Concionator, qui votorum suorum et regulae fidelis observator fuit; cuius praeclara virtus omni laude major extitit.

1865. LIBURNI. — R. P. Adeodatus, a Vitiano, Concionator, qui omnibus perfecti oratoris pollens requisitis verbum Dei annuntiavit magno plausu et fructu, donec lamentatus ab omnibus cessit e vita, quum esset Curio Coemeterii Veteris acceptissimus.

1868. ARRETII. — P. Coelestinus ab Anglario.

1898. MUTILI. — F. Aegidius a Vitiano Laicus probus, laboris patiens, fidelis ac prudens.

DIE UNDECIMA IULII

DEFUNCTI SUNT

1631. Fighini. — Fr. Christophanus a Senis, Laicus, dum aegrotis infectis inserviret, contagione peremptus.

1647. Florentiae. — R. P. Carolus a Luco Feroniae in coenobio Sancti Geminiani Guardianus.

1677. Item. — R. P. Hyacinthus a Pistorio, Concionator et Emporii Guardianus, integer vitae et ingenii fervidus.

1789. Lucae. — P. Ioannes Chrysostomus a Campomaiore, Praedicator piissimus et erga B. Virginem devotus.

1819. Florentiae. — R. P. Ioannes Gualbertus a Biturgia, eximius Concionator et Guardianus de regulari observantia persollicitus, quam charitate et moderatione promovit.

1845. Ibidem. — P. Romualdus a Pistorio, qui virtutem perfecit in diuturnis suis infirmitatibus patientissime toleratis.

1855. Montevarchio. — Fr. Humilis a Momineo, Laicus, qui, coenobii famulum flumine submergi incipientem eripere tentans, ipsemet eodem gurgite obrutus vitam temporalem commutavit aeterna.

1855. Florentiae. — Fr. Carolus a Sancto Quirico, item Laicus in vilioribus officiis fratribus infirmis exhibendis electa repletus charitate.

1870. Fornaciculae. — P. Gulielmus ab eodem Loco.

DIE DECIMA SECUNDA IULII

DEFUNCTI SUNT

1603. PISTORII. — P. Isidorus a Florentia.
1610. FLORENTIAE. — P. Vincentius a Senis.
1612. IBIDEM. — Fr. Coesarius a Pisis, Laicus.
1646. CORTONAE. — Fr. Mansuetus a Volaterris, item Laicus, qui ab austero vivendi genere et oratione nunquam recessit.
1657. VOLATERRIS. — Fr. Victorius a Viniano, item Laicus, integerrima vita.
1668. SENIS. — Fr. Bonifacius a Cortona, pariter Laicus, qui annonae quaeritandae ex obedientia assignatus talem se praebuit, qui perfecti religiosi exemplar fuerit communiter conclamatus et habitus.
1721. ROMAE. — Fr. Modestus a Liburno, item Laicus, suis muneribus recte obeundis apprimo idoneus: quo factum est, ut Cardinali Casinio per multos annos familiaris fuerit.
1793. FLORENTIAE. — R. P. Bonaventura a Prato, Concionator: vir magnae virtutis, qui in frequenti Guardianatus officio magis exemplo, quam verbis perfectam regularum observantiam suasit.
1819. IBIDEM. — R. P. Bonaventura a Monte Varchio, Praedicator et frequenter Guardianus.
1900. FLORENTIAE. — Fr. Martinus a Puppio, Laicus, non mediocris faber lignarius et exemplar patientiae in infirmitate.

DIE DECIMA TERTIA IULII

DEFUNCTI SUNT

1608. Pisis. — Admodum R. P. Michael Angelus ab eadem Civitate, Concionator et Guardianus: vir magna virtute; ideoque saepe Definitor et Provincialis Minister.

1644. Pistorii. — Fr. Mauritius ab eadem Civitate, Laicus.

1671. Item. — Fr. Matthaeus a Pistorio, pariter Laicus eximia charitate enitens.

1714. Ibidem. — Fr. Salvator a Pistorio, item Laicus, qui pariter optimi religiosi semper vitam gessit, quum ei non alacritas, non peritia, non prudentia defuerit.

1733. Senis. — Fr. Albertus a Colle, item Laicus.

1779. Guami. — Admodum R. P. Innocentius a Domo Bassiana, eximius Concionator, Guardiani et Definitoris etiam muneribus laudabiliter et prudenter functus.

1821. Pisis. — P. Ambrosius a Cassina, qui summa merita et laudes adeptus est, charitatem exercens erga infirmos praesertim, tempore pestis.

1827. Fighini. — P. Laurentius a Vellano, regularis observantiae cultor indefessus; peculiariter orationis, ex qua ardens perfectionis studium hauriebat.

1879. Burgi S. Laurentii. — Fr. Raymundus a Prato, Laicus devotus et probus.

DIE DECIMA QUARTA IULII

DEFUNCTI SUNT

1585. Florentiae. — Admodum R. P. Franciscus a Perusia, Concionator praeclarus et prudentissimus nostrae Provinciae Moderator.

1589. Senis. — Fr. Valentinus a Cinigiano, Laicus.

1618. Florentiae. — Fr. Angelicus, ab eadem Civitate, Clericus.

1631. Lucae. — P. Ioseph a Carpheroniana, quem, aegrotantibus servientem morbus pestilens infecit et occidit.

1632. Senis. — Fr. Monaldus a Monte Sancti Sabini, Laicus.

1655. In Insula Corsica. — P. Ruphinus ab Eugubio, nostrae Provinciae Alumnus.

1668. Florentiae. — Fr. Iulianus a Pisis, Laicus.

1784. Pisis. — Fr. Simon ab eadem Civitate, item Laicus, qui ob singularem eximiamque virtutem tanti apud omnes fuit, ut passim sanctus appellaretur.

1801. Florentiae. — P. Caietanus a Vinca, bonis moribus clarus et honoratus.

1903. Pisis. — Fr. Philippus a Serpiolle Laicus, qui vitam ducens plenam sanctis operibus, praesertim in studio obedientiae, charitatis et assiduae orationis exercitatus pientissime obiit in Domino.

DIE DECIMAQUINTA IULII

DEFUNCTI SUNT

1560. FLORENTIAE. — P. Bartholomaeus a Nicaea; vir mirae abstinentiae et pietatis.
1619. CORTONAE. — P. Honorius a Carpheroniana.
1628. MASSAE. — P. Clemens a Noechio.
1639. VOLATERRIS. — Fr. Felix a Senis, Laicus.
1648. SENIS. — P. Franciscus a Marciano.
1673. IN MARI PONTICO. — Fr. Andreas a Terricula, Laicus, qui dum ex Georgiae missione, in qua multis utiliter operatus est, in patriam redire cogeretur, naufragio facto, mortem et sepulcrum in fluctibus habuit.
1819. FIGHINI. — P. Nicolaus a Montevarchio, spiritu et corpore sanctus.
1835. PISIS. — Fr. Andreas ab eadem Civitate, Laicus.

DIE DECIMA SEXTA IULII

DEFUNCTI SUNT

1607. Pisis. — R. P. Archangelus a Florentia, Concionator et Guardiadianus, vir perfecta vita ac sanctis moribus.

1615. Monte Sancti Sabini. — Fr. Simplicianus ab Incisa, Laicus.

1649. Florentiae. — P. Ioannes Baptista a Luca, Praedicator.

1755. Lucae. — Fr. Bonaventura a Lucano, propter regularis disciplinae studium et vitae innocentiam dignus ut socius adscisceretur iis, qui nostrum Institutum propagaturi ad gentem Polonam perrexere.

1879. Florentiae. — P. Hilarion ab Apua, Concionator.

1887. Ibidem. — P. Benedictus a Prato, in quo erat simplicitatis indoles, bonitas et ingenuitas.

1888. Conceptione in Cile. — Admodum R. P. Albertus a Cortona, Missionarius Apostolicus ac dein eiusdem missionis Praefectus; quo in munere operosam admodum egit vitam, claustrales et apostolicas virtutes pari foedere socians.

1889. Pisis. — P. Antonius Maria ab Arretio, qui, dum religiosae virtutis et doctrinae studio incumberet et in Provinciae spem succresceret, lento et insanabili morbo e vivis sublatus est.

DIE DECIMA SEPTIMA IULII

DEFUNCTI SUNT

1607. TURRICULI. — P. Bonaventura a Volaterris, Concionator.

1617. MASSAE. — P. Franciscus ab Aequis, Concionator.

1617. IBIDEM. — Fr. Iuniperus a Bononia, Laicus, praefati Concionatoris Socius.

1696. PISTORII. — P. Felix a Sancto Marcello, Concionator, Religiosus probatissimus et praesertim multa patientia exercitatus.

1768. FLORENTIAE. — R. P. Ioannes Gualbertus ab eadem Civitate, Praedicator et saepe Guardianus.

1784. PISIS. — Admodum R. P. Paulus ab Apua, Praedicator, Guardianus, ac Definitor, qui ex nobili Ferrettorum familia natus et artis salutaris lauream iam adeptus, tanta in omnibus religiosa perfectione polluit, ut non tam apud nostrates, quam apud Principem magni habitus sit consilio et prudentia.

1784. FLORENTIAE. — R. P. Hilarion ab Emporio, Concionator et Vicarius, morum integritate eximius.

1798. IBIDEM. — Fr. Irenaeus a Pecciolo, Clericus.

DEFUNCTI SUNT

1618. Monte Varchio. — R. P. Hyppolitus a Liciniano, Concionator et frequenter Guardianus, super quem justitia, honestate et devotione indutum effloruit Domini sanctificatio.

1619. Arretii. — Fr. Benedictus ab eadem Civitate, Laicus.

1663. In Regno Congi. — R. P. Franciscus Maria a Volaterris, ex illustri Maffei domo natus, qui Dei et proximi amore succensus, missionarius apostolicus esse cupiit et in Regnum Congi se contulit; ubi nulli parcens labori, Doe opitulante, decem et quinque millia hominum sancto baptismate rite ablutorum Ecclesiae Catholicae cooptasse fertur.

1666. Senis. — Fr. Constantius a Lignaria, Laicus.

1742. Florentiae. — R. P. Ioseph Maria ab eadem Civitate, Praedicator et olim in Generali Procura a Secretis: vir abundanti doctrina excultus, prudens et in regularem observantiam ardenter insistens.

1772. Liburni. — Fr. Ioannes a Sancto Ioanne, Laicus.

1828. Apuae. — F. Balthassar ab eadem Civitate, item Laicus.

1849. Monteacuto. — R. P. Bernardus a Senis, qui Concionatoris Apostolici iam a Secretis, Guardiani et per multos annos S. Mariae Novae Praesidis munia obtinuit, in quibus non communium virtutum exemplar extitit insigne.

DIE DECIMA NONA IULII

DEFUNCTI SUNT

1666. SENIS. — Fr. Stephanus a Colle, Laicus.
1675. LICINIANI. — Fr. Leonardus a Limite, item Laicus.
1691. FLORENTIAE. — R. P. Hyacinthus a Luca, Concionator et in nosocomio S. Mariae Novae Praeses, qui, iam in saeculo Sacerdos e civili domo Breni progenitus, alacri animo Ordinem nostrum ingressus est et, solemnibus votis nuncupatis, in humilitatem, devotionem et charitatem ad obitum usque processit.
1719. ITEM. — P. Sebastianus a Liburno.
1767. IBIDEM. — Admodum R. P. Romulus a Faesulis, Concionator et Definitor, qui laudandus est tum ob traditam ex cathedris scientiam, quum ob rectam gubernandi rationem et in negotiis expediendis alacritatem.
1790. ARCIDOSSI. — Fr. Franciscus a Castro Plani, Laicus, qui eximium gessit vitae morem.
1841. PISTORII. — P. Raphael ab eadem Civitate, sollicita erga infirmos charitate commendandus.
1853. BITURGIAE. — Fr. Thomas a Monte Politiano, Laicus ob suum bonum exemplum maior omni laude.
1884. FLORENTIAE. — P. Ioseph a Trepio, Praedicator, regulari observantiae assiduus, erga Praelatos humilis et in B. Virginem specialiter devotus.
1895. IBIDEM. — P. Petrus Maria a Burgo Sancti Laurentii, egregius ac fervidus verbi Dei Praeco, qui mitis et humilis corde, pius ac prudens extitit omnibus carus.

DIE VIGESIMA IULII

DEFUNCTI SUNT

1547. Pistorii. — Admodum R. P. Franciscus a Senis, Concionator et Provincialis Minister vigilantissimus.

1600. Senis. — Fr. Ludovicus ab Arretio, devotus Clericus.

1606. Arretii. — Fr. Leonardus a Terranova, Laicus.

1622. Pisis. — P. Mathias a Prato.

1708. Florentiae. — Fr. Antonius a Pluvacca, Laicus, qui ex Corsicae Provincia veniens, in nostram per quatuor circiter annos potiusquam humano, more vixit angelico, providens Dominum in conspectu suo semper.

1739. Arretii. — Admodum R. P. Marianus ab eadem Civitate, Praedicator, Guardianus, Definitor et Lector, qui omnibus his officiis decore utiliterque suffecit.

1764. Florentiae. — Fr. Seraphinus ab Emporio, diligentissimus Laicus.

1810. Item. — Fr. Philippus Nerius a Florentia, Clericus praeclaris vitae moribus eximiisque expectationibus iuvenis.

1853. Arretii. — Admodum R. P. Antonius Aloysius a Sancto Pancratio, Custos Generalis et Guardianus, qui in Lectoris etiam et Praedicatoris officio laudem meruit optimam pius, doctus et penes omnes acceptus.

DIE VIGESIMA PRIMA IULII

DEFUNCTI SUNT

1554. SENIS. — P. Iacobus a Cetona, humilis et devotus.
1603. MONTE POLITIANO. — Fr. Monaldus a Mediolano, Laicus.
1631. LUCAE. — P. Michael ab eadem Civitate, qui, pestilenti morbo grassante, officium suae charitatis aegrotis praebens, ipso morbo correptus pie obiit in Christo.
1644. ARCIDOSSI. — P. Paulus a Florentia.
1648. LIBURNI. — Fr. Franciscus a Florentia, Laicus.
1728. SENIS. — Fr. Tiburtius a Campo Maiori, item Laicus.
1729. CASTULAE. — R. P. Anselmus a Barga, Guardianus, cuius verbi divini administratio simplex et vehemens uberes dignosque poenitentiae fructus attulit.
1767. FLORENTIAE. — P. Paulus a Litiano, Concionator.
1860. IBIDEM. — R. P. Ioseph Antonius a Florentia, Concionator et olim Missionarius Apostolicus: fuit etiam saepe Guardianus in subditos vigilantia et charitate conspicuus.
1860. IBIDEM. — Fr. Crispinus a Pistorio, Clericus.

DEFUNCTI SUNT

1590. FLORENTIAE. — Fr. Christophorus a Pistorio, Clericus.
1604. PISIS. — P. Raphael a Sancto Cassiano de Balneis.
1640. FLORENTIAE. — Admodum R. P. Bernardus a Massa Ducali, Praedicator, Guardianus et Definitor, speculum religiosarum virtutum.
1653. CASTULAE. — P. Laurentius a Cinijano, saepe Guardianus.
1696. BURGI S. LAURENTII. — Fr. Clemens a Florentia, Laicus.
1697. SENIS. — Fr. Iuniperus a Castilione Bandinorum, pariter Laicus.
1780. IBIDEM. — Fr. Ioannes Maria a Senis et ipse Laicus optimo exemplo et pietate excellens.
1827. FLORENTIAE. — P. Ferdinandus a Socis.
1846. SENIS. — Fr. Innocentius ab eadem Civitate, Laicus integer vitae omnibusque dilectus.
1878. FLORENTIAE. — P. Stanislaus a Burgo ad Bojanum, eximius moribus, mitis corde et charitatis plenus.

DIE VIGESIMA TERTIA IULII

DEFUNCTI SUNT

1606. SARTEANI. — Pater Iacobus a Papia.
1607. SENIS. — Fr. Ambrosius a Sancto Quirico, Laicus.
1727. IIBIDEM. — Fr. Antonius a Cotrone, et Fr. Benedictus ab Antilla, Laici, qui annonam quaeritantes, venenato cibo, uti fertur, sumpto, post brevem morbum, una die simul obiere.
1788. FLORENTIAE. — P. Luchesius a Mugello.
1805. BETTOLLAE. — R. P. Franciscus a Sextino, ex domo Medicea, praeclara fama Concionator et crebro Superior optimus.
1847. FLORENTIAE. — R. P. Fulgentius a Piscia, Praedicator et saepe Guardianus, qui regularem disciplinam magis exemplo quam verbis promovit, paupertate, religione subditos antecedens.
1850. SENIS. — P. Philippus a Liburno, cuius vita religiosa, ut decet sacerdotem, immaculata, totaque sibi proximisque aeterna salute comparanda insumpta.
1884. FLORENTIAE. — R. P. Paulus a Marradio, Arretii Guardianus et Concionator, cujus in animo erat placidissima pax, fructus bonorum operum.

DEFUNCTI SUNT

1630. Pisis. — Fr. Ubaldus a Monte Laterone, Laicus.
1641. Monte Nigro. — R. P. Antonius a Prato, Concionator et Arcidossi Guardianus, qui, dum Praedicationis causa Montem Ilcinum petit, Urcia Flumine infeliciter submersus est.
1706. Senis. — R. P. Aloysius a Monte Politiano, Praedicator et Guardianus ex nobili Cappelli Familia natus; qui vestigia S. P. Francisci sequutus, fideliter custodivit.
1714. Ibidem. — P. Bonaventura a Prato, pariter Concionator, jam in saeculo Sacerdos et legis peritus ex illustri domo Desii natus: in Religione vero florens virtutibus eximium pietatis evasit exemplar.
1715. Turriculi. — Fr. Ioannes Maria a Monte Varchio, Laicus, qui bonum est operatus ad omnes, maxime ad domesticos Religionis.
1718. Senis. — Fr. Isidorus a Montelaterone, item Laicus.
1783. Liburni. — R. P. Ioannes Batista ab Emporio, Praedicator et saepe Guardianus pius et pacificus.
1784. S. Cassiani de Balneis. — Fr. Philippus ex Abbatia Sancti Salvatoris, Laicus simplex et ab omni labe purus.
1797. Florentiae. — R. P. Nicolaus a Massa Ducali, eximius verbi Dei Praeco ef saepe Guardianus observantissimus.
1814. Liburni. — P. Ioseph Felix a Pistorio, Concionator, cuius sancta vita omnem excedit laudem.
1833. Florentiae. — P. Ambrosius a Liburno, item Concionator piissimus.

DEFUNCTI SUNT

1669. Senis. — Fr. Bonaventura a Monte Sancti Sabini, Laicus, multa urbanitate, prudentia et religioso spiritu ditatus.
1674. Massae. — Fr. Aegidius a Luca, Clericus.
1739. Lucae. — R. P. Ioannes a Plebe ad Fosinam, Praedicator fervidus et saepe Guardianus de regulari observantia in primis benemeritus.
1744. Florentiae. — Fr. Aloysius ab eadem Civitate, Laicus.
1754. Lucae. — P. Urbanus a Ponte Aerae, Concionator.
1761. Pistorii. — Admodum R. P. Odoardus ab Albiano, vir summis meritis onustus; siquidem tum in Provinciae Poloniae fundatione, quum Lectoris, Definitoris et Provincialis munere fungens, multos labores sustulit ad Ordinis decorem regularisque observantiae incrementum.
1780. Florentiae. — Fr. Constantius ab Arretio, Laicus laboriosus et devotus.
1786. Item. — Fr. Saturninus a Florentia, pariter Laicus.
1790. Ibidem. — R. P. Franciscus a Podio Cajano, Praedicator, et S. Quirici Guardianus, qui Ministrum Christi et mysteriorum eius dispensatorem se exhibuit studiosissimum.
1895. Burgi S. Laurentii. — R. P. Cajetanus a Florentia, Concionator et frequenter Guardianus, integer vitae, religiosa conversatione amabilis, regularis observantiae et seraphicae paupertatis zelator et custos eximius.

DIE VIGESIMA SEXTA JULII

DEFUNCTI SUNT

1708. FLORENTIAE. — Fr. Humilis a Puppio, Laicus, qui officia fideliter adimplevit et extitit exemplaris vitae et morum.

1715. SENIS. — Fr. Felix a Monte Laterone, item Laicus patientiae exercitio clarus.

1715. FLORENTIAE. — P. Simon a Pisis, Concionator item in tolerandis diuturnis infirmitatibus patientia admirabilis.

1717. ARRETII. — Fr. Bernardinus a Decumano, Laicus bona vivendi ratione acceptissimus.

1727. FLORENTIAE. — R. P. Bernardus ab eadem Civitate, eximius verbi Dei Praeco et olim in Regno Congi Missionarius.

1762. IBIDEM. — P. Ioseph Maria a Greve.

1783. SENIS. — P. Raphael a Saturniana Concionator, juvenis aetate, ingenio et virtute maturus.

1846. PISIS. — Adm. R. P. Franciscus Maria a Domobassiana, praeclara fama Concionator; qui praeter Lectoris et Definitoris officium, ingenio et meritis etiam ad majora munia pervenisset, nisi terribilis mentis alienatio eum e vivis abstulisset.

1850. IBIDEM. — P. Augustinus a Pisis, Praedicator.

1858. SENIS. — R. P. Ansanus ab eadem Civitate, qui propter regularis disciplinae studium saepe Guardianus renuntiatus est.

DIE VIGESIMA SEPTIMA JULII

DEFUNCTI SUNT

1604. GUAMI. — P. Hilarius a Luca.

1630. PISTORII. — P. Andreas a Senis, ex nobili Borgognini familia progenitus.

1644. LUCAE. — Fr. Petrus a Trasilico, Clericus.

1671. FLORENTIAE. — P. Carolus a Monte Sancti Sabini, qui spiritualis, prudens et urbanus saepe Guardianus electus est.

1724. TURRICULI. — P. Angelus Maria ab eodem Loco, adhuc Studens.

1777. FLORENTIAE. — P. Ludovicus ab eadem Civitate, omnis officii et maxime vitae communis diligentissimus.

1787. ITEM. — R. P. Cosmas a Florentia, Concionator, et pluries Guardianus navus et prudens, qui in senectute bona quievit.

1880. IBIDEM. — Fr. Raymundus a Baltiis, mitissima natura et aureis moribus Clericus.

1885. COLLE. — Fr. Martinus a Vitiano, item Clericus bonam habens voluntatem, in studio litterarum versatus ac timens Deum.

DEFUNCTI SUNT

1602. SASSARI. — P. Andreas a Villa Ecclesiae, nostrae Provinciae alumnus et Sardae fundator: hic homo Dei ab ineunte aetate illustria dedit pietatis exempla; dein religione potitus tantos in omni virtutum genere profectus fecit, ut non parvam sanctitatis famam sibi comparaverit. Illud etiam de eo fertur, quod patratis miraculis, revelationis aliisque donis supernaturalibus claruerit.

1602. MONTE POLITIANO. — Fr. Mansuetus a Luca, Laicus.

1607. LIBURNI. — Fr. Bonaventura a Florentia, item Laicus.

1656. PISIS. — P. Ioseph a Basatio.

1659. LUCAE. — Fr. Iustinianus a Liburno, Clericus.

1687. ARCIDOSSI. — P. Sebastianus a Genua.

1687. ARRETII. — Fr. Franciscus a Lotharingia, Laicus.

1768. LIBURNI. — Fr. Linus a Fucecchio, item Laicus laboriosus et caritatis plenus.

1864. FLORENTIAE. — P. Michael Angelus ab eadem Civitate, quae sunt Sacerdotis edoctus et fideliter exsecutus.

DIE VIGESIMA NONA JULII

DEFUNCTI SUNT

1631. LUCAE. — Adm. R. P. Hieronymus ab eadem Civitate, ex nobilissima Montecatini familia natus, qui suis meritis et virtutibus Praedicatoris, Definitoris et Guardiani munia summa cum laude obivit.

1631. IBIDEM. — Fr. Martinus a Luca, Laicus, qui ad caelestia regna migravit peste laborantibus inserviens.

1646. FLORENTIAE. — P. Ignatius a Plebe Docciae.

1663. LUCAE. — P. Damasus a Bovelio.

1674. FLORENTIAE. — Fr. Vincentius a Liciniano, Clericus ex nobili Senensi genere Ciogni oriundus.

1678. LIBURNI. — Fr. Cherubinus a Sancto Quirico, Laicus.

1684. FLORENTIAE. — Fr. Raphael a Castro Florentino, item Laicus, qui vitae genus asperrimum duxit et sanctimonia floruit.

1761. PISIS. — Fr. Andreas a Terricula, pariter Laicus.

1764. IBIDEM. — Fr. Andreas a Sancto Miniate, item Laicus.

1773. LIBURNI. — P. Fortunatus a Seravetia, Concionator, qui diebus meritisque plenus sancto fine quievit.

1786. FLORENTIAE. — R. P. Sebastianus a Liburno, Praedicator et iam Guardianus.

1849. IBIDEM. — R. P. Bonaventura a Prato, qui per quadraginta annos indefessa sollicitudine in exteris regionibus Missionarius Apostolicus fuit et tandem in patriam reversus in sui ipsius sanctificationem totus incubuit.

DIE TRIGESIMA JULII

DEFUNCTI SUNT

1631. Fighini. — P. Vitalis ab Arcidosso, Concionator, qui charitatis victima occubuit pestilitate laborantibus ministrans.
1648. Lucae. — Fr. Ioannes a Gallicano, Clericus.
1664. Florentiae. — Fr. Silvester ab eadem Civitate, Laicus.
1683. Lucae. — P. Thaddaeus a Seravetia, omnimoda bonitate et ingenuitate Sacerdos.
1708. Ibidem. — Fr. Antonius a Luca, Laicus virtute et praesertim charitate laudandus.
1738. Arretii. — Fr. Michael a Quarata, item Laicus pari bonitate et etiam pervetus otio valde iniquus.
1741. Florentiae. — P. Vincentius a Sancto Geminiano, morigerus, pius et patiens.
1752. Pisis. — R. P. Petrus a Pratoveteri, Concionator.
1765. Radicophani. — Fr. Gulielmus ab eodem Loco, Laicus.
1767. Senis. — Fr. Michael a Fighino, item Laicus.
1767. Ibidem. — R. P. Antonius a Castro Plani, Concionator et Montis Ilcini Guardianus.
1867. Arretii. — Fr. Gregorius ab Arretio, Laicus.

DIE TRIGESIMA PRIMA IULII

DEFUNCTI SUNT

1649. LUCAE. — Fr. Carolus a Florentia, Laicus.

1659. MONTE ILCINO. — P. Carolus a M.e Carolo, vir austeram agens vitam et celeberrimus Praedicator.

1660. SENIS. — Fr. Modestus a Pistorio, Laicus.

1675. FLORENTIAE. — P. Franciscus a Piscia, sacerdotalium virtutum et maxime disciplinae regularis sui ipsius severus exactor.

1712. SENIS. — Fr. Ludovicus a Mediolano, Laicus plenus amoris ac timoris Domini.

1715. ARRETII. — P. Angelus Maria a Senis, qui magnae exemplaritatis et devotionis fama vixit.

1735. IBIDEM. — Fr. Benedictus a Serripoli, et Fr. Antonius ab Arretio, Laici irreprehensibiles et piissimi.

1737. FLORENTIAE. — R. P. Robertus ab eadem Civitate, Praedicator, qui propter optimos urbanosque mores et diligentem regularum Instituti vel minimarum custodiam in Vicarii munere diu confirmatus est.

1780. IBIDEM. — Admodum R. P. Franciscus M.a a Florentia, ex nobili familia Nenci ortus, qui praeclarus doctrina et pietate Concionatoris, Lectoris, Guardiani, Definitoris et tandem Provincialis munia gessit magna cum prudentia et bono exemplo.

1811. SERAVETIAE. — P. Martinus ab eodem Loco.

1836. FLORENTIAE. — R. P. Iesualdus Maria ab eadem Civitate, Concionator et in Regno Congi olim Missionarius fervidus ingenio et zelo pro gloria Dei, proximorumque salute.

1851. CORTONAE. — Reverendissimus Dominus P. Ioseph Antonius Borghi a Liburno. Magnanima natura donatus, studiis laudabiliter expletis et jam praedicationis munere functus, magis ac magis zelo gloriae Dei succensus in Missionem Georgiae, accepta obedientia, profectus est. Sed inde revocatus; quum Constantinopolim pervenisset, Episcopus consecratus fuit et in Vicarium apostolicum Agrensem in India assumptus. Tandem ex infirmitate in Provinciam reversus, Cortonensis Ecclesiae renuntiatus fuit Episcopus, quam magna cum pietate et doctrina gubernavit.

1853. FLORENTIAE. — Fr. Angelicus a Ponte ad Boyanum, Laicus religiosa alacritate in officiis obeundis laudabilis.

1870. CORTONAE. — P. Alexander ab eadem Civitate.

1884. PISIS. — P. Philippus a Florentia, exemplaris Sacerdos, qui misericordis et generosi animi laudem sibi promeruit, peste correptis sponte lubentique animo ministrando.

DIE PRIMA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1593. Florentiae. — Fr. Gabriel ab Arretio, Clericus ex nobili domo Francini ortus.

1631. Liciniani. — Fr. Nicolaus a Gabiniana, item Clericus.

1661. Florentiae. — Fr. Pacificus a Levane, Laicus.

1721. Volaterris. — Fr. Iuniperus a Lignaria, item Laicus.

1722. In Georgia. — R. P. Antonius a Liburno, Concionator et Missionarius Apostolicus.

1729. Senis. – P. Ioseph Maria a Sancto Donato, patientissimus.

1789. Massae. — Fr. Seraphinus ab eadem Civitate, Laicus bonis et in exemplum ferendis moribus ornatus.

1833. Pisis. — Fr. Valentinus a Ponsacco, Laicus aequali bonitate et devotione donatus.

1842. Arretii. — Fr. Cajetanus a Monte Murlo, pariter Laicus, qui vota sua Deo fideliter reddidit.

1855. Pistorii. — Fr. Ioannes a Titiana, Laicus suae Professioni fidelis.

DIE SECUNDA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1593. Pistorii. — R. P. Ambrosius a Senis ex illustri Cianorum familia ortus, qui in saeculo honestate morum et doctrina succrescens et in utroque iure lauream adeptus in lauretana Domo voto amplexandae Religionis se obstrinxit statimque adimplevit; Religiosus austeritate eminens, paupertatis et totius regularis observantiae cultor eximius evasit; de salute vero animarum valde sollicitus magno zelo et lucro verbum Dei disseminavit.

1652. Florentiae. — P. Antonius a Pistorio, ex nobili Bracali familia ortus.

1659. Ibidem. — Fr. Benedictus a Senis, Laicus, peritus et misericors infirmorum curator.

1684. Arretii. — Fr. Faustinus ab Utio, item Laicus.

1731. Lucae. — P. Antonius Felix a Pistorio.

1750. Florentiae. — R. P. Laurentius a Monte Varchio, Concionator, saepe Guardianus et diu Praeses in Santae Mariae Novae nosocomio dignissimus; nam bonis moribus et multa urbanitate omnium animos sibi vindicavit; tandem longa infirmitate probatus fidenter in osculo Domini expiravit.

1751. Lucae. — P. Seraphinus a Liburno.

1754. Turriculi. — P. Bernardinus a Sorana, Concionator.

1789. Florentiae. — P. Ippolitus ab eadem Civitate, in religiosae vitae officiis assiduus.

1810. Senis. — P. Venantius a Sancto Giminiano, eximius Praedicator.

1877. Liciniani. — Fr. Secundus ab Arretio, Laicus diuturna et gravi probatus infirmitate, quam laetus passus est.

DIE TERTIA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1586. Monte Politiano. — P. Illuminatus a Florentia.

1618. Pisis. — R. P. Ioannes Baptista a Castro Plani, Concionator.

1677. In regno Congi. — R. P. Fortunatus a Florentia, Concionator et Missionarius Apostolicus: vir evangelico spiritu repletus, nimio zelo exardescens in animarum salutem.

1737. In Georgia. — R. P. Felix a Piscia, Praedicator ac similiter zelantissimus Missionarius Apostolicus.

1813. Carminiani. — P. Augustinus a Florentia.

1814. Cusilianae. — P. Laurentius ab eodem Loco, qui, irreprehensibili peracta vita, tempore dispersionis in domo paterna obdormivit in Domino.

1823. Pisis. — P. Columbanus ab Apua, optima indole et non mediocri ingenio praeditus.

1823. Phernambuci. — R. P. Eugenius a Florentia, Concionator, qui in exercendo apostolici Missionarii munere multa constantia et animarum fructu perseveravit.

DIE QUARTA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1631. LUCAE. — P. Cyprianus ab eadem Civitate, ex nobilissima Manzi famiglia ortus.
1645. CORTONAE. — Admodum R. P. Chrysosthomus a Trasilico, Novitiorum Magister ac Definitor religioso spiritu praeditus, prudentia insignitus et magna charitate repletus.
1646. FLORENTIAE. — P. Michaelangelus ab eadem civitate, plurimis virtutibus locupletatus; sed praecipua charitate enituit, lue pestifera affectis ministrando.
1647. PISIS. — P. Franciscus M. a Seravetia.
1664. SENIS. — Fr. Seraphinus a Burgo Lucensi, Clericus.
1682. IBIDEM. — Fr. Felix a Gallutio, Laicus.
1707. MONTE ILCINO. — R. P. Sebastianus a Pistorio, Concionator et Guardianus, qui exemplariter vixit, maxima diligentia in Theologiae Moralis studium incumbens.
1709. PISIS. — Fr. Valerius a Gabiniana prudens ac bonus Laicus.
1710. FLORENTIAE. — P. Bernardinus a Monte Laterone, Concionator.
1822. IBIDEM. — P. Aloysius a Strada, qui recta vivendi ratione et gravi morbo tolerando, viris saecularibus ac religiosis optimun praebuit patientiae exemplum.

DIE QUINTA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1619. Lucae. — R. P. Athanasius a Pisis, Concionator et saepe optimus Guardianus.
1628. Monte Ilcino. — Fr. Dominicus a Bovelio, Clericus.
1630. Pisis. — Fr. Zenobius a Florentia, Laicus.
1646. Lucae. — Fr. Sanctes a Vorno, item Laicus.
1726. Arretii. — Fr. Pacificus a Quarata, pariter Laicus, qui finem vitae suae invenit senio confectus et meritis onustus.
1765. Florentiae. — Fr. Iuniperus a Monte Varchio, similiter Laicus.
1836. Item — P. Hugolinus ab Apua qui Dei famulatum, quoad vixit, devotissime intendit.
1840. Item. — Fr. Innocentius a Marrario, Laicus, in quo prae ceteris virtutibus, quas impense coluit, charitas in infirmos emicuit.
1888. Ibidem. — Fr. Faustus a Citerna, item Laicus probus et devotus.

DIE SEXTA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1631. Prati. — P. Michaelangelus a Luca, qui ferventi charitate motus ultro se morti obtulit peste laborantibus inserviens.

1649. Florentiae. — P. Alexius ab eadem Civitate, ex nobilissima Comitum Capponi stirpe natus, animo et aspectu decorus, dum religiosis studiis operam dabat.

1649. Lucae. — Fr. Victorius a Lugano, Laicus.

1658. Radicophani. — Fr. Sebastianus a Balneo ad Ripolum, item Laicus.

1672. Senis. — Fr. Ioannes Chrysosthomus a Palatiolo, Clericus.

1697. Florentiae. — P. Ioannes Franciscus a Schio, patientissimus.

1703. Colle. — R. P. Thomas a Senis, ex nobili domo Pinocci natus; Guardianus, regularis disciplinae sedulus observator et custos.

1738. Liburni. — Fr. Gregorius a Florentia, Laicus.

1748. Liciniani. — Fr. Franciscus a Campaniano, item Laicus.

1760. Pisis. — P. Antonius a Castro Buiti.

1761. Arretii. — R. P. Philippus Maria a Plebe S. Stephani, Praedicator et olim Guardianus.

1787. Monte Ilcino. — R. P. Robertus a Monte Politiano, Concionator et Guardianus ex claro et nobilissimo genere Contucci ortus; vir humillimus, virtutibus locuples, qui nullum aliud munus, quam ministerium verbi Dei magis adamavit.

1799. Burgi S. Laurentii. — Fr. Gaspar ab eodem Loco, Laicus.

1883. Pisis. — R. P. Epiphanius ab Orentano, Concionator et frequenter Guardianus, qui regularis disciplinae assiduitate usque ad extremum vitae aliarumque virtutum exercitio optimum confratribus praebuit exemplum.

DIE SEPTIMA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1644. Pisis. — Fr. Felix a Graniano, Laicus, cuius vita et mors piissima fuit.

1683. Sancti Geminiani. — Admodum R. P. Gregorius a Senis, Praedicator, ex nobili Orlandinorum stirpe ortus, qui virtute et doctrina insignis summa cum laude et prudentia Lectoris, Definitoris ac tandem Provincialis munus obivit.

1689. Pistorii. — Admodum R. P. Victorius ab eadem Civitate, Concionator non comuni ingenio ditatus, ex clara Tolomei Familia progenitus, qui Lectoris, Guardiani et Definitoris munere functus, zelo apostolico inflammatus Armeniae missiones petiit, indeque reversus, et recte dispositus, ad aeterna premia migravit.

1712. Sancto Miniate. — R. P. Ioannes Baptista a Castro Novo Elsae, qui non minus exemplo quam verbo, ferventis et fructuosi Concionatoris officium exercuit.

1742. Pistorii. — R. P. Zenobius a Florentia, item Concionator, qui ob praeclaras animi dotes omnibus extitit carus.

1840. Petiliani. — Fr. Seraphinus a Cavrilia, Laicus humilis, devotus et exemplaris annonae quaestuator.

1847. Arcidossi. — R. P. Fidelis ab Emporio, Vicarius, morum integer rerumque terrenarum contemptor ac pacis amator.

1888. Pisis. — F. Ioseph a Fivizzano, Laicus modestia, devotione, laboris assiduitate laudatus.

1891. Florentiae. — R. P. Albertus a Valiano, Concionator, claro mentis acumine praeditus et multae virtutis ac pietatis cultor, qui animabus in perfectionis semitas dirigendis diligentem assiduamque navavit operam.

DIE OCTAVA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1646. Senis. — R. P. Basilius a Sancto Leolino, qui, ut Concionator plurimos in animarum salutem retulit fructus et, ut superior magno cum profectu regularem observantiam promovit.

1648. Lucae. — Fr. Raynerius a Pisis, Clericus.

1649. Florentiae. — P. Bernardus a Bucine, in saeculo Sacerdos, qui cursum religiosae perfectionis consummavit annos natus super octoginta.

1659. Arretii. — P. Antonius Maria a Cortona, ex nobili familia Venuti ortus, cuius extitit praecipua virtus, ceterarum fundamentum, humilitas.

1661. Florentiae. — R. P. Antonius ab eadem Civitate, pluries Guardianus.

1674. Senis. — P. Archangelus ab eadem Civitate.

1697. Arretii. — Fr. Angelus M. a Roma, Clericus ex Vidaschorum nobili progenie ortus, qui patiens et Dei voluntati conformatus in brevi vitae cursum explevit.

1700. Ibidem. — Fr. Bernardus a Monte Laterone, Laicus.

1721. Senis. — R. P. Carolus ab eadem Civitate, Concionator, ex clara Martinozzi domo natus, qui morum honestate et zelo religionis meruit, ut crebro Guardianus vigilantissimus fuerit.

1790. Florentiae. — Admodum R. P. Odoardus ab eadem Civitate, optimus Concionator, Definitor, Guardianus et Novitiorum Magister.

1822. Liburni. — P. Franciscus Xaverius ab eadem Civitate, irreprehensibilis vitae et pietatis exemplar.

1849. Florentiae. — Fr. Paulus a Calamecca, Laicus, cuius virtus in infirmitate in dies succrevit.

1857. Pisis. — Fr. Sebastianus a Biturgia, item Laicus, nostri Ordinis amantissimus, cui fideliter servivit.

1895. Ibidem. — Fr. Venantius ab Apua, pariter Laicus in labore fidelis, in oratione devotus, laudabilis in virtute.

DIE NONA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1612. FLORENTIAE. — R. P. Archangelus a Carpheroniana, egregius Concionator.
1628. SENIS. — Fr. Ioannes Baptista a Pistorio, Laicus, qui in primo suae religiosae vitae exordio devotissime obiit.
1631. PRATI. — P. Franciscus ab eadem Civitate, ex illustri Capparelli progenie ortus, qui studiis suis vix expletis, pro concivium suorum peste laborantium salute, urgente charitate, animam posuit.
1631. IBIDEM. — P. Stephanus a Prato, qui pariter, florente aetate, eodem die eademque charitatis causa mortem oppetiit.
1692. LUCAE. — P. Leonardus a Corelia.
1747. FLORENTIAE. — R. P. Hadrianus a Ronta, Praedicator et Fighinensis Guardianus, modestia enitens.
1783. LIBURNI. — R. P. Cosmas ab Apua, qui tum Concionatoris, quum Guardiani munere functus, gloriae Dei, sui et proximorum saluti advertit.
1836. PUPPII. — R. P. Petrus Maria a Vernio, Praedicator et Guardianus.
1869. FLORENTIAE. — R. P. Albertus a Prato, praeclarae famae Concionator, litterarum et s. Eloquentiae eruditissimus Professor et bonus Religiosus.

DIE DECIMA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1630. Pisis. — P. Michael a Cortona, ex nobili Sernini Domo natus.
1659. Sancti Quirici. — Reverendissimus P. Thomas a Florentia, Generalis Definitor et quarta vice Minister Provincialis, qui summis meritis et doctrina insignis necnon devotissimus ac conservandae augendaeque regulari disciplinae studiosus; dignus propterea (et erat in omnium votis) ut ad Generalatum proveheretur: at in sacra visitatione, decem Superiorum amare flentium circumdatus corona, pientissime obiit.
1659. Lucae — P. Laurentius a Gallicano, Praedicator.
1661. Arretii. — P. Laurentius a Monte Varchio, item Praedicator.
1661. Arcidossi. — Fr. Michael a Casale, Laicus.
1669. Ibidem. — P. Felix a Monticulo, Concionator.
1673. Senis. — R. P. Ioseph a Radicophano, item Concionator promptus ingenio et ob suam probitatem pluries Guardianus.
1747. Sancti Geminiani. — Fr. Masseus a Massa in Valle Nebulae, Laicus.
1795. Cortonae. — Fr. Modestus a Ponte Rifredo, Laicus, eximius virtutis ac devotionis cultor.
1802. Senis. — P. Franciscus Maria a Valle Bona.
1822. Florentiae. — Fr. Nicolaus a Vernio, bonis moribus Laicus.

DIE UNDECIMA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1631. FIGHINI. — P. Christophanus a Colle Vallutorum, studens, qui morbo epidemico correptis assistens, suae charitatis praemium adeptus est.
1638. VERONAE. — Fr. Andreas ab Arretio, Laicus.
1646. PLEBE SANCTI STEPHANI. — Fr. Cyprianus a Lamole, item Laicus.
1648. LUCAE. — Fr. Hyacinthus ab eadem Civitate, similiter Laicus.
1659. SENIS. — Fr. Ignatius a Florentia, Clericus.
1666. FLORENTIAE. — P. Ioseph ab Arce Albinea.
1678. SANCTI CASSIANI DE BALNEIS. — Fr. Simplicianus a Minutiano, Laicus, aetate quidem iuvenis sed virtute maturus.
1724. COLLE. — R. P. Antonius Felix ab eadem Civitate Concionator et Guardianus, qui ex civilissima Lucii familia natus et Cortonensis Arcis praefectus mundana omnia contemnens, inter Capuccinos cooptatus, magnae prudentiae et virtutis Religiosus factus est.
1761. SENIS. — Fr. Felix a Castro-Plani, Laicus.
1872. LICINIANI. — P. Anselmus a Sancta Maria ad Montem, Praedicator.
1894. FLORENTIAE. — Fr. Raymundus ab Aegilio, Laicus, cordis ingenuitate et simplicitate laudabilis.

DIE DECIMA SECUNDA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1646. SENIS. — P. Angelus a Cortona, austeritate vitae recolendus.
1650. SANCTO MINIATE. — Fr. Bonaventura a Ponte Aerae, Laicus.
1652. LUCAE. — R. P. Seraphinus a Corsagna, Concionator et Vicarius, qui etiam ob regularis disciplinae benemerentiam saepe Guardiani munere functus est.
1659. ITEM. — P. Antonius a Strada.
1687. MONTE VARCHIO. — P. Clemens a Lauro, Praedicator.
1706. SENIS. — P. Ioseph Maria ab eadem Civitate.
1747. FLORENTIAE. — Admodum R. P. Ioseph Maria a Fibiana, Concionator, qui Lectoris et Definitoris muneribus iam laudabiliter functus, ob egregias virtutes ac merita Provincialis Minister est renuntiatus.
1785. LIBURNI. — R. P. Venantius ab eadem Civitate, non modicae famae Concionator atque saepe saepius Superior solers et prudens.
1801. SENIS. — Fr. Seraphinus a Fighino, Laicus.
1872. IBIDEM. — P. Ioannes a Senis, eximia probitate iuvenis.
1895. FLORENTIAE. — Fr. Paulus a Colle Elsae, Laicus valde devotus et laboriosus.

DIE DECIMA TERTIA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1597. FLORENTIAE. — Fr. Dionysius ab Ambra, Clericus.
1608. PISIS. — Fr. Marius ab eadem Civitate, Laicus.
1610. SANCTI GEMINIANI. — Fr. Mansuetus a Florentia, item Laicus.
1628. FLORENTIAE. — Fr. Felix ab eadem Civitate, similiter Laicus.
1630. MONTE SANCTI SABINI. — Fr. Bernardinus a Senis item Laicus.
1659. SENIS. — P. Seraphinus a Gallicano, Concionator.
1660. ITEM. — Fr. Ioannes Franciscus a Mediolano, Clericus.
1677. BENGALAE. — R. P. Andreas a Castro Buiti, Missionarius Apostolicus, qui divino amore inflammatus in Regno Congi multos exantlavit labores in vinea Domini, uberes colligens fructus aeternitate servandos.
1687. LUCAE. — Fr. Franciscus a Piscia, Clericus.
1830. CORTONAE. — Fr. Franciscus a Guardistallo, Laicus in labore assiduus et virtutibus deditus.

DIE DECIMA QUARTA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1659. LUCAE. — P. Petrus a Corelia, iuvenis qui animum a studiis et oratione non relaxabat.
1665. PISTORII. — P. Ioannes Gualbertus a Castronovo Carpheronianae, Concionator.
1669. SENIS. — Fr. Silverius ab eadem Civitate, Laicus.
1698. MONTE SANCTI SABINI. — P. Laurentius a Senis, ex nobili familia Tinelli ortus et frequenter Guardianus renuntiatus.
1706. FLORENTIAE. — Fr. Antonius a Decumano, Laicus prudens, modestus, charitatis et perfectionis amator.
1720. LUCAE. — Fr. Ioseph a Villabasilica, item Laicus.
1769. IBIDEM. — P. Antonius Maria a Luca, Concionator in suis infirmitatibus divinae voluntati bene conformatus.
1777. ARRETII. — P. Germanus a Signa, Concionator, cuius mors piissima, sicut vita.
1782. IBIDEM. — P. Vincentius ab Arretio, optimus Praedicator.
1787. APUAE. — P. Ioannes Baptista ab eadem Civitate, pariter Concionator itemque praeclaris virtutibus praeditus.
1797. Romae. — Fr. Michael a Prato, Laicus integritate et suavitate morum commendandus.
1801. TURRICULI. — R. P. Ludovicus a Canare, insignis verbi Dei Praeco in exemplum adducendus: nam quae alios docuit, opere ipse complevit.
1805. LIBURNI. — P. Bernardus ab eadem Civitate, Praedicator.
1807. SENIS. — Fr. Salvator de Abbatia Sancti Salvatoris, Laicus.
1817. FLORENTIAE. — Fr. Ioannes Baptista de Abbatia Edalda, item Laicus.
1818. ARRETII. — Fr. Ioannes a Puppio, similiter Laicus valde probus.
1841. VOLATERRIS. — Fr. Petrus a Sancto Marcello, pariter Laicus.
1850. FLORENTIAE. — Fr. Laurentius a Sancto Miniate, et ipse Laicus.

DIE DECIMA QUINTA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1661. Radicophani. — Fr. Ioseph ab Antona, Laicus.
1677. Pisis. — P. Michael a Corsica, valde bonus et solitudinis amator.
1679. Lucae. — Fr. Leo ab eadem Civitate, Laicus pietate cospicuus.
1706. Veronae. — Fr. Franciscus a Lavania, Clericus qui, ortus ex nobili De Potestate familia et olim navi praefectus atque multis idiomatibus pollens, quum ex superiorum jussu Poloniam peteret, morte corripitur.
1708. Varsaviae. — Fr. Thomas a Burgo Iovis, Laicus, qui peste infectus devote obiit in Domino.
1709. Senis. — R. P. Ioannes Baptista a Monticulo Amiatino, Concionator.
1714. Ibidem. — Fr. Stephanus a Senis, Laicus.
1715. Arretii. — P. Carolus a Civitella Aretina.
1720. Senis. — Fr. Iacobus ab Arcidosso, Laicus.
1735. Lucae. — Fr. Hieronymus a Mugello, item Laicus.
1742. Florentiae. — R. P. Bartholomaeus a Monte Varchio, Concionator et frequenter Guardianus.
1758. Item. — Fr. Aloysius a Florentia, Clericus.
1848. Pistorii. — Fr. Bonaventura ab Emporio, Laicus obedientia insignis.
1873. Florentiae. — P. Bernardus a Trepio, qui sive in claustro, sive in saeculo vitam vixit illibatam.
1877. Pistorii. — Fr. Ioseph a Colle, Laicus, verus Dei cultor, abstinens se ab operibus malis et permanens in iustitia.

DIE DECIMA SEXTA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1638. Sancti Geminiani. — Fr. Ioannes a Burgo Sancti Laurentii, Laicus.
1641. Lucae. — Fr. Bonifacius a Septimello, item Laicus, magna pietate et austeritate.
1648. Ibidem. — R. P. Damianus a Campomaiori, Guardianus duram agens vitam scelerisque puram.
1649. Pisis. — Fr. Vincentius a Seravetia, Clericus.
1667. Lucae. — Fr. Bernardinus a Massa Ducali, item Clericus.
1668. Ibidem. — Fr. Thomas a Cutiliano, similiter Clericus.
1706. Florentiae. — R. P. Rufinus a Sancto Gaudentio, evangelica simplicitate donatus.
1706. Item. — P. Bonaventura a Massa Ducali.
1708. Ibidem. — P. Clemens a Monte Laterone.
1714. Graiaci. — R. P. Antonius a Luca, celebris Missionarius, qui ad hoc ministerium a Deo specialiter vocatus, in verbum Dei longe lateque disseminandum totus incubuit. Multa de eius gestis inter Germaniae populos deque patratis miraculis narrantur, quibus eius fama sanctitatis incrementum accepit.
1851. Liburni. — F. Seraphinus a Latiniano, Laicus morum exemplaritate et in exequendis officiis fidelitate laudandus.
1879. Ibidem. — P. Elzearius ab Apua.

DIE DECIMA SEPTIMA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1649. Ponte Aerae. — P. Franciscus a Massa Ducali.
1658. Liburni. — P. Iulianus a Strada.
1662. Monte Varchio. — P. Hieronymus a Monte Politiano, mirabili ingenio praeditus, sed non minori pietate et vitae austeritate ornatus.
1682. Arretii. — Fr. Felix a Sancta Maria ad Podium, Laicus bono exemplo elucens.
1708. Santo Miniate. — R. P. Franciscus a Civitella Maritima, Praedicator, ex Lector et Guardianus, vir gravis et prudens, multis meritis et doctrina insignitus.
1745. Florentiae. — R. P. Ioannes ab Incisa, item Praedicator et saepe Guardianus zelantissimus.
1869. Sancto Miniate. — Fr. Augustinus a Lauro, probus Laicus.
1872. Florentiae. — P. Felix a Sorana, Dei voluntati conformatus et in infirmitatibus patiens.
1876. Ibidem. — Fr. Marcellus a Prato, Laicus, qui magno regularis observantiae amore enituit et etiam caeterarum virtutum praeclara dedit exempla.

DIE DECIMA OCTAVA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1612. Pistorii. — Fr. Franciscus a Monte Carolo, Clericus.
1620. Pisis. — P Hieronymus a Pistorio, de Villanis nobilibus ortus.
1623. Lucae. — Fr. Humilis a Piscia, pius Laicus.
1637. Cortnoae. — Fr. Gabriel a Lotharingia, Clericus.
1656. Senis. — R. P. Antonius a Balnearia, Praedicator et saepe Guardianus.
1657. Ibidem. — R. P. Bernardinus a Monte Varchio, egregius Concionator.
1722. Florentiae. — P. Archangelus a Senis, Concionator.
1722. In Regno Congi. — R. P. Aloysius a Senis, pariter Concionator et Missionarius Apostolicus, multo zelo praeditus.
1751. Lucae. — P. Ioannes Baptista a Pedona.

DIE DECIMA NONA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1630. Lucae. — Fr. Laurentius a Campomaiori, Laicus, de cuius vitae austeritate fertur, quod etiam octogenarius super nudas tabulas cubaverit.

1633. Pistorii. — R. P. Franciscus ab eadem Civitate, Concionator et Guardianus, ortus de Puccini nobili progenie, summis meritis ornatus, quae longo gubernio sapienter auxit.

1693. Liburni. — Fr. Ioseph M.ª ab eadem Civitate, Laicus.

1698. Senis. — R. P. Raphael ab eadem Urbe, Concionator.

1700. Arcidossi. — R. P. Fortunatus a Seravetia, item Praedicator, vir pius et affabilis.

1708. Varsavia in Polonia. — Fr. Franciscus a Puppio, Clericus Studens integerrimus; sed cito peste sublatus.

1759. Arretii. — Fr. Felix a Monte Politiano, Laicus charitate et experientia infirmorum curator eximius.

1752. Senis. — Fr. Bartholomaeus a Florentia, item Laicus.

1767. Lucae. — Fr. Bernardinus a Vebriana, pariter Laicus.

1782. Ibidem. — R. P. Andreas a Senis, Concionator orationi et pietati deditus et insuper frequenter Guardianus, cui regularis observantia maxime cordi erat.

1891. Florentiae. — P. Clementinus a Gabiniana, Praedicator, viribus quidem ex phthisi infirmus; sed spiritu promptus ad bonum.

1892. Liburni. — Titus ab Apua, qui integritate vitae, Beatae Virginis Mariae devotione enituit, et decorem domus Domini assidue custodivit.

DIE VIGESIMA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1640. SANCTO MINIATE. — Admodum R. P. Lucas a Nursia, Concionator, Guardianus et Definitor, qui ex clara Desiderî domo proveniens Religiosus extitit tum virtutibus, quum ingenio insignis.

1643. SANCTI CASSIANI DE BALNEIS. — Fr. Ludovicus a Valle Octavae, Clericus.

1644. LIBURNI. — Fr. Hieronymus ab Arcidosso, sancta vivendi ratione Laicus, quem morti proximum Beatissima Virgo apparens recreare dignata est.

1661. FLORENTIAE. — P. Ansanus a Senis.

1679. SENIS. — P. Antonius a Luca, qui adhuc in studia incumbens, ob eximias ingenii dotes et animi virtutes optimam sui ipsius spem praeseferebat.

1684. ARCIDOSSI. — P. Bonaventura ab Emporio, regularis observantiae maxime amator et zelator.

1695. SENIS. — P. Franciscus M.[a] ab eadem Civitate.

1706. LUCAE. — Fr. Petrus a Carminiano, Laicus.

1725. IBIDEM. — P. Ioannes a Campomaiore, honestae et honoratae vitae Sacerdos.

1749. CADIBUS. — Admodum R. P. Ioannes Philippus a Florentia, ex familia Lancellotti, Generalis Ministri Consultor et iam Provinciae bis Moderatoris munere functus; vir propter eximias virtutes ac merita plane dignus memoria: fuit enim Praedicator egregius, Superior prudens et ita exquisita urbanitate donatus, ut etiam principibus carus esset.

1769. ARRETII. — R. P. Augustinus a Liciniano, Concionator.

1802. SENIS. — Fr. Rochus a Sancto Quirico, Laicus.

1831. ARCIDOSSI. — P. Ioannes Franciscus ab Apua, qui in acquirendas religiosas virtutes incubuit fideliter.

DIE VIGESIMA PRIMA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1649. Florentiae. — Fr. Tiburtius a Momineo, Laicus, sancta, austera et infatigabili vita.
1674. Arretii. — R. P. Antonius a Senis, Guardianus Liciniani, innocentia et devotione distinctus.
1678. Liburni. — Fr. Philippus a Monte Hughiorum, Laicus mitis et diligenter laboriosus.
1685. Sancti Quirici. — R. P. Hilarius a Continiano, Concionator et Guardianus.
1707. Florentiae. — Fr. Nicolaus ab eadem Civitate, Laicus optimis moribus praeditus et praesertim charitate in infirmorum curatione.
1708. Senis. — Admodum R. P. Cosimus a Liburno, Praedicator, qui Novitiorum Magistri, Guardiani, Definitoris et Custodis munere functus in omnibus religiosum optimum, solitudinis et orationis amatorem se praetulit.
1753. Florentiae. — Fr. Ludovicus a Lucano, Laicus.
1770. Pisis. — Fr. Franciscus ab eadem Civitate Clericus.
1801. Florentiae. — Fr. Vincentius M.ª a Sancto Geminiano, Laicus in religiosa observantia et virtutum studio exercitatus.
1826. Item. — Fr. Ioachimus de Abbatia S.ⁱ Salvatoris, Studens.
1828. Pisis. — P. Zephirinus a Florentia.
1849. Florentiae. — Fr. Hyacinthus ab eadem Civitate, Laicus.
1854. Ibidem. — Admodum R. P. Vitalianus a Florentia, eloquens verbi Dei Praeco, qui etiam magna prudentia et scientia ditatus officia Lectoris, Guardiani et Definitoris laudabiliter fecit, omnibus imitanda praebens fervoris et devotionis exempla.

DIE VIGESIMA SECUNDA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1648. Florentiae. — P. Laurentius a Prato, ex nobili famiglia Apolloni oriundus.

1649. Item. — Fr. Paulus a Ponte ad Sevium, Laicus.

1649. Pistorii. — R. P. Dionysius ab eadem Civitate qui ex illustri Fioravanti familia natus, inter coaevos verbi Dei praecones facile princeps per totam Italiam Religionem illustravit.

1656. Peccioli. — P. Clemens a Volaterris, ex nobili familia Falconcini ortus, qui dum antiphonam « Assumpta est » canebat in Choro, fulmine percussus interiit.

1659. Pistorii. — P. Hieronymus ab eadem Civitate.

1672. Arretii. — P. Bernardinus ab Antona, iuvenis Concionator.

1720. Florentiae. — R. P. Antonius a Prato, ex nobili familia Casotti ortus, qui fuit eximius Concionator, et Guardianus optimus.

1732. Monte Ilcino. — Admodum R. P. Iacobus a Senis, ex illustri Pinocci genere ortus, qui perfectissimus Pater a terrenis rebus prorsus avocatus, assequendaeque perfectioni per omnium virtutum semitam semper intentus, sive Concionator, sive Novitiorum Magister, sive Provinciae Moderator fuit ex animo forma subditorum, quorum sibi conciliavit amorem: donec in solitudinem secedens, plenus dierum viam universae carnis ingressus est.

1782. Senis. — P. Basilius a Plano Castanearum Concionator.

1890. Pisis. — R. P. Michaelangelus a Pistorio, Praedicator, comis et in sublevandis pauperum miseriis aerumnisque industrius; quae specialis praerogativa charitatis ei peperit magnam populorum benevolentiam.

DIE VIGESIMA TERTIA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1635. Senis. — P. Rufinus a Scrophiano, totus humilitati regularique observantiae deditus.

1640. Pisis. — Fr. Clemens a Carminiano, Laicus.

1650. Senis. — Fr. Iuniperus ab eadem Civitate, item Laicus.

1697. Florentiae. — Fr. Mauritius a Pistorio, Laicus valde pius ac laboriosus.

1697. Senis. — Fr. Simeon a Pisis, item bonus Laicus infirmorum curae peritus: quo in exercitio charitatis diu perseveravit.

1709. Florentiae. — P. Stephanus ab eadem Civitate Concionator, qui ex Congi Missione reversus et Guardianus electus, tandem pie obiit in Domino.

1709. Item. — Fr. Remigius a Florentia, Laicus.

1736. Sancti Cassiani de Balneis. — Fr. Bonaventura a Monte Sancti Sabini, item Laicus.

1761. Emporii. — R. P. Alexius a Florentia, Concionator et Vicarius.

1763. Monte S. Sabini. — R. P. Romualdus a Prato, item Concionator et Guardianus.

1803. Colle. — P. Bonaventura ab eadem Civitate, multarum virtutum exemplar.

1804. Senis. — Fr. Peregrinus a Volaterris, Clericus ex nobilissima Incontri progenie ortus, qui magno fervore Ordinem ingressus. dum virtutum exemplo admirabilem omnibusque carum se praebet, extremo morbo corripitur.

1807. Sancto Miniate. — R. P. Franciscus a Calcio, Praedicator politus Guardianus prudens, sui aliorumque satagens spiritualis profectus.

DIE VIGESIMA QUARTA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1630. Colle. — P. Ludovicus a Pistorio, etiam in saeculo Sacerdos, qui post religiosae professionis septennium, peste grassante correptus pie obdormivit in Domino.

1630. Ibidem. — P. Ioannes Baptista a Senis, qui eodem morbo et aeque bene dispositus e vivis sublatus est.

1646. Senis. — Fr. Bartholomaeus a Cortona, Laicus.

1660. Ibidem. — P. Vincentius Maria a Prato, ex nobili Buonamici genere natus, iuvenis et adhuc in studia incumbens.

1687. Florentiae. — Adm. R. P. Franciscus M. ab Emporio, Concionator et Prati Guardianus, qui propter suam bonitatem, prudentiam et ingenium pluries extitit Guardianus, Custos ac Definitor.

1698. Senis. — P. Romualdus a Florentia.

1808. Florentiae. — P. Bernardinus a Pisis, solitudinis et religiosae observantiae studiosus.

1834. Fighini. — Fr. Vincentius a Plebe ad Reschum, Laicus.

1849. Pisis. — Fr. Archangelus a Fornaculis, item Laicus.

1865. Burgi S. Laurentii. — Adm. R. P. Leopoldus a Florentia. Concionator et Guardianus, qui Lectoris munere laudabiliter functus et bis Definitor electus ob eius praeclara merita et exempla ad Provincialatum evectus, summa cum rectitudine et omnium profectu ac laude Provinciam gessit.

1884. Florentiae. — R. P. Fortunatus a Sancto Cassiano, Praedicator, qui probatam et religiosam vitam duxit, quam mentali oratione aluit.

DIE VIGESIMA QUINTA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1615. MONTE POLITIANO. — Adm. R. P. Ignatius ab Urbeveteri, Concionator et Provincialis Minister; vir magnae doctrinae et eximiae sanctitatis, qui loco dieque, quos praedixit, obiit sacrae visitationis tempore.
1629. EMPORII. — Fr. Iulianus ab eodem Loco, Laicus.
1631. FIGHINI. — F. Monaldus a Pratolino, Laicus, qui voluntariae charitatis victima mortem invenit, morbo epidemico laborantibus auxilium praebendo.
1631. LIBURNI. — Fr. Maurus a Convalle, Laicus.
1636. LUCAE. — Fr. Zacharias a Controne, item Laicus ob suam rectam vivendi rationem et devotionem memorandus.
1637. ITEM. — Fr. Hilarion a Campilia, Clericus.
1641. IBIDEM. — Fr. Paulus a Carpheroniana, Laicus.
1869. FLORENTIAE. — Fr. Franciscus a Prato, item Laicus, obedientiae mortificationi et devotioni maxime deditus.

DIE VIGESIMA SEXTA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1638. SENIS. — Adm. R. P. Franciscus ab eadem Civitate, Concionator, ex nobili Turamini familia natus; vir non minus ingenii dotibus quam virtutum meritis clarus, qui Guardianus, Definitor et Custos existens mortalitatem explevit.

1638. IBIDEM. — R. P. Ambrosius a Senis, qui ex nobilissima Piccolominea prosapia oriundus, saeculi dignitatibus post habitis, summa vitae austeritate et integritate Ordinem illustravit.

1649. LUCAE. — P. Bernardinus a Benabio.

1659. SANCTI CASSIANI DE BALNEIS. — P. Franciscus a Serris Perusinis qui olim sub falsae pietatis specie a doemone deceptus sed gratia Dei posthaec illustratus austerissimo vitae generi totum ita se tradidit, ut vigiliis, jeiuniis multis ac diris flagellationibus usque ad mortem corpus confecerit?

1742. ARRETII. — Fr. Valentinus a Quarata, Laicus.

1746. FLORENTIAE. — Fr. Antonius a Calenzano, item Laicus.

1753. SENIS. — Fr. Rochus a Paterno, item Laicus.

1780. ROMAE. — R.mus P. Ioannes Antonius a Florentia, qui in Thusciae Provincia Lector, Definitor et Provincialis dignissimus fuit: deinde Definitor et Procurator generalis scientia et pietate de Ordine benemeritus.

1801. MONTE ILCINO. — R. P. Antonius a Sorana, optimus Guardianus.

1821. FLORENTIAE. — P. Augustinus item a Sorana.

1895. SANCTO MINIATE. — Fr. Ignatius a Puppio, Laicus singularibus virtutibus, praecipue vero modestia, patientia et operositate commendatus.

DIE VIGESIMA SEPTIMA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1596. Lucae. — Fr. Valentinus a Campomaiori, Laicus.

1638. Ibidem. — Fr. Ioseph a Corsagna, pariter Laicus.

1649. Florentiae. — Fr. Ioannes Baptista a Vichio, item Laicus, qui rectus et austerus vota sua Domino cumulatissime reddidit et quaeritandae stipis officium pro Fratrum alimonia perfectissime obivit.

1649. Massae. — Fr. Cyprianus a Luca, Clericus.

1654. Lucae. — Admodum R. P. Victorius a Prato, eximius Praedicator, Lector, Definitor et Guardianus vigilantissimus.

1673. Forolivii. — P. Bonaventura a Vernio Lucensi.

1673. Lucae. — Fr. Franciscus a Monte Hughiorum, Laicus optimis et urbanis moribus ornatus.

1708. Varsaviae. — Admodum R. P. Bonaventura ab Arretio, Concionator, qui optimo ingenio insignitus ad munus Lectoris exercendum in Coloniam missus est, quum in Provincia nostra eidem officio nec non Definitoris et Guardiani iam egregie satisfecisset.

1708. Senis. — Fr. Antonius a Monte Mineario, Laicus.

1752. Lucae. — R. P. Ioseph a Bonoconventu, Concionator, et saepe Guardianus, subditos magis quam verbis, bono praecedens exemplo.

1769. Senis. — Fr. Ambrosius ab eadem Civitate, Laicus peritus et charitatis plenus infirmorum curator.

1824. Liburni. — R. P. Cosmas Fidelis ab eadem Civitate, Praedicator.

DIE VIGESIMA OCTAVA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1630. COLLE. — Fr. Simplicianus ab Incisa, Laicus.
1630. IBIDEM. — Fr. Iacobus a Parma, item Laicus; uterque contagione interemptus.
1642. MONTEVARCHIO. — Adm: R. P. Miniates a Florentia, Concionator, qui, raro ingenio et magna charitate locupletatus, Lectoris, Magistri Novitiorum, Definitoris et saepe Guardiani munus functus est.
1642. LIBURNI. — P. Antonius a Lastra.
1649. FLORENTIAE. — P Angelus a Pistorio, Concionator.
1689. SENIS. — P. Carolus a Petiliano, Praedicator singulari ingenio et doctrina imbutus: et cum esset hebraici idiomatis peritus, saepe cum Iudaeis, ut eos lucraretur, de religione contendit.
1711. CRACOVIAE. — Admodum R. P. Franciscus ab Arretio, natus ex nobilissimo Lombardorum genere, qui, quum Commissarius Generalis in Poloniae Provinciae fundatione validam operam contulisset, pietate, doctrina et modestia opus solidavit. Tandem mortuus est morte iustorum illius coenobii Guardianus.
1723. PISTORII. — P. Laurentius ab eadem Civitate Concionator.
1736. ARRETII. — P. Petrus a Trasilico.
1756. FLORENTIAE. — R. P. Antonius a Greve, Concionator, qui per devotam rerum coelestium meditationem et Regulae observantiam in arrepta perfectionis via multum profecit.
1763. ARRETII. — Fr. Philippus ab eadem Civitate, Laicus.
1769. S. GEMINIANI. — P. Antonius Felix a Senis, qui, ex nobilissimo Agazzari genere natus, egregius Concionator evasit: nam evangelicam, quam docuit, veritatem jugi firmavit exemplo.
1809. FLORENTIAE. — P. Fortunatus ab eadem Civitate, qui per quinque et quadraginta annos sollicite atque utiliter insignis Concionatoris munus implevit.
1810. MONTEPOLITIANO. — P. Michael Angelus a Castula, Praedicator.
1810. COLLE. — P. Angelus Maria a Florentia, cuius praeconium in eo est quod magna in proximos afficiebatur charitate.
1878. SANCTO MINIATE. — Fr. Mauritius ab Apua, Clericus Studens, qui brevi vitae suae cursu non paucis virtutibus se praebuit ornatum.
1880. FLORENTIAE. — Fr. Bernardus a Prato, Laicus, qui suae vocationi fidelis assidua edidit exempla virtutum.
1890. PISTORII. — Fr. Liborius a Sancto Geminiano, item bonus Laicus.

DIE VIGESIMA NONA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1642. FLORENTIAE. — Fr. Bonaventura a Pistorio, Clericus, qui a nobili famiglia Conversini ortum acceperat.
1646. SENIS. — Fr. Ignatius a Pratoveteri, Laicus.
1661. LUCAE. — R. P. Hieromymus a Plebe Sancti Stephani, Pisis Vicarius.
1673. SENIS. — Fr. Paulus a Turriculo, Clericus.
1681. ARRETII. — R. P. Bartholomaeus a Volaterris, Praedicator sapiens et prudens.
1689. SENIS. — Fr. Michael a Florentia, Clericus ex nobili Betti familia natus, qui ruina Ecclesiae noctu oppressus et confractis ossibus eductus, Sacramentis rite munitus devotissime animam exhalavit.
1773. FLORENTIAE. — Fr. Andreas a Colle, Laicus.
1779. LIBURNI. — P. Cosmas ab eadem Civitate, Concionator qui constanti mortificatione fervidam domuit naturam.
1785. RADICOPHANI. — Fr. Mamilianus ab Egilio, Laicus.
1809. MONTE ILCINO. — P. Stephanus a Fibiana; vir ambulans coram Deo, charitatis plenus et amans solitudinem.
1840. EMPORII. — R. P. Aloysius a Pistorio, Guardianus singularibus dotibus et maxima in gubernando prudentia ditatus.
1859. LIBURNI. — R. P. Faustinus a Capalle, Concionator et crebro Guardianus, qui praeclaris virtutibus et specialiter invicta patientia enituit.

DIE TRIGESIMA PRIMA AUGUSTI

DEFUNCTI SUNT

1638. LONDINI. — R. P. Angelus a Britannia, Praedicator, qui, vix studiorum cursu expleto et concionandi munere obtento, in patriam redire iussus in revocandis ad romanam fidem, vel confirmandis suis concivibus ita impensam navavit operam, ut ab haereticis ad necem conquisitus et in carcerem conjectus, post duos supra decem angustiae et doloris annos, martyrum gloria, sicut pie creditur, meruerit a Domino coronari.
1649. SENIS. — R. P. Franciscus ab eadem Civitate, Ilcinensis Coenobii Guardianus.
1667. VOLATERRIS. — Fr. Dionysius a Florentia, Laicus rigidam et austeram vitae rationem in se ipsum, jucundam vero suavemque in alios observans.
1698. VARSAVIAE. — P. Ioseph M. a Liburno Neo sacerdos.
1705. SENIS. — P. Franciscus a Sancto Cassiano de Pisis.
1708. VARSAVIAE. — P. Franciscus M. a Cracovia, qui, nobilissima domo paterna relicta, in Hetruriam perventus, ut nostro Instituto adscisceretur enixis precibus postulavit, votique compos factus est. Dein redire jussus in patriam, dum studiis egregiam navaret operam, contagione correptus, Deo reddens spiritum, cum pietate dormitionem accepit.
1763. MONTE S. SABINI. — P. Archangelus a Cortona.
1769. S. QUIRICI. — P. Ioannes Baptista ab Apua, Concionator.
1784. ARCIDOSSI. — P. Donatus a Biturano, item Concionator.
1815. MONTE POLITIANO. — Fr. Hyppolitus a Vernio, Laicus.
1874. BITURGIAE. — Fr. Cosmas a Cortona, item Laicus, cuius laudem obtinet morum integritas et in labore sedulitas.
1879. BURGI S. LAURENTII. — R. P. Philippus a Vajano, Concionator, quem salvum esse, licet inopinato demortuum, in spem bonam adducimur vita, quam pie sancteque peregit.

DIE PRIMA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1660. Senis. — P. Timotheus ab eadem Civitate, ex nobili Landi familia progenitus.

1663. Monte S. Sabini. — Fr. Ambrosius a Monte Nigro, Laicus, senectute confectus et in virtutum exercitio consummatus.

1676. Lucae. — Fr. Petrus a Mediolano, item Laicus rectus et optimus.

1681. Senis. — Fr. Andreas a Liburno, item Laicus.

1687. Ibidem. — P. Ioseph a Cassia, Concionator qui sancto spiritu repletus promissionum Deo factarum adimpletionem constanter intendit.

1701. Florentiae. — Fr. Ludovicus a Mediolano, Laicus austeritate vitae commendabilis, quam pretiosa sanctorum morte finivit.

1708. Lucae. — Fr. Paulinus ab eadem Civitate, pariter Laicus, ad obeunda suae conditionis munia ingenio instructus.

1708. Varsaviae. — Fr. Seraphinus a Bovelio item Laicus, qui, lue pestifera grassante, dum fratribus ea laborantibus ferret auxilium, eodem et ipse morbo correptus sancto fine quievit.

1742. Florentiae. — P. Vincentius a Strata.

1751. Caesenae. — R. P. Anselmus a Luca, ex cultus Concionator et jam Guardianus.

1753. Senis. — P. Cherubinus ab eadem Civitate.

1754. Arretii. — Fr. Aegidius ab eadem Urbe, Laicus.

1763. Pisis. — Fr. Thomas a Querceto, item Laicus.

1779. Liburni. — R. P. Antonius Felix ab Ambrosiana, Praedicator, in Magni Ducis Classe per plures annos Cappellanus, qui ob suum optimum exemplum et conversandi humanitatem omnibus benevisus fuit et magno habitus honore.

DIE SECUNDA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1658. Senis. — R. P. Benedictus a Florentiola, Concionator et pluries Guardianus.

1680. Ibidem. — R. P. Bernardinus a Senis; Praedicator ex illustrissima familia Borghese genitus, qui sua religiosa vota Deo cumulatissime reddidit: quum vero Guardiani munus saepe saepius teneret, jugi multaque prudentia se ornatum ostendit.

1687. Item. — R. P. Innocentius a Radicophano, Concionator, qui etiam disciplinae regularis zelo succensus pluries Superior electus est; donec officiis vale dixit, ut sibi soli attenderet spiritualem degens vitam atque austeritatibus plenam.

1694. Liburni. — Fr. Victorius ab eadem Civitate, Laicus probus ac urbanus.

1708. Senis. — R. P. Vincentius a Colle, Concionator et Arcidossi Guardianus, qui optimis moribus religiosam transegit vitam.

1708. Arretii. — Fr. Albertus a Senis, Laicus, qui religiosa modestia et bonitate omnibus exemplo fuit.

1762. Monte Sancti Sabini. — R. P. Bonaventura a Cortona, Concionator, qui Guardiani munus pluries cum laude obivit.

1763. Pisis. — Fr. Bartholomaeus a Soviliana, Laicus religiosae disciplinae studiosus.

1767. Florentiae. — P. Ioseph ab eadem Civitate, Concionator.

1772. Ibidem. — Fr. Didacus a Fighino, Laicus.

1809. Arretii. — P. Antonius Franciscus a Monte Sancti Sabini, qui, cum singulari bonitate et maxima erga fratres charitate effloruerit, annis meritisque cumulatus naturae satisfecit.

1811. Prati. — P. Ioannes Philippus a Florentia.

1828. Senis. — Admodum R. P. Angelus Maria a Castro Florentino, Praedicator, qui praeter alia munia, quae prudentia et dexteritate maxima implevit, Lectoratum, et bis Provincialatum non minus eximia virtute, quam mira sapientia gessit.

1875. Florentiae. — Fr. Benignus a Sancto Cassiano, Laicus: vir probus et rectus, qui per annos plurimos Quaestuatoris onus portans, semper sua religiosa modestia et gravitate civibus bonum praebuit exemplum.

1895. Monte Politiano. — Fr. Victorius ab eadem Civitate, Laicus: vir ingenuae simplicitatis, laboribus et orationibus addictus et maximo amore sanctam prosequutus paupertatem.

DIE TERTIA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1629. Lucae. — Fr. Valerianus a Momineo, Clericus.
1631. Turriculi. — Fr. Michael a Bocchejano, Laicus.
1634. Sancto Miniate. — Fr. Silvanus a Mercatello, pariter Laicus.
1640. Arretii. — Fr. Gulielmus a Phullendorphio, item Laicus.
1649. Lucae. — P. Thomas ab eadem Civitate, ex Bottini Marchionibus ortus, iuvenis Concionator.
1651. Senis. — R. P. Angelus ab eadem Urbe, Praedicator et interdum Guardianus.
1676. Pistorii. — P. Nicolaus ab eadem Civitate, qui cum sanctam ageret vitam, saepe ad Guardiani munus fuit assumptus, quod optime absolvit, curans ut integra custodiretur regularis disciplina.
1712. Peccioli. — Fr. Ioseph a Monte Politiano, Laicus probis moribus ornatus.
1716. Liburni. — Fr. Franciscus a Peccioli, pariter Laicus bonos mores praeseferens cuique videnti.
1722. In Georgia. — R. P. Antonius Franciscus a Liburno, Concionator et ferventi spiritu Missionarius.
1728. Senis. — P. Cosmas M.ª a Cercetia.
1761. Pistorii. — R. P. Antonius Maria a Pisis, ex nobili familia Zucchetti, qui, sexagesimo aetatis suae anno, relicta Abbatiali dignitate, ex Augustiniano Ordine ad Capuccinos perfectioris vitae desiderio ductus convolavit, inter quos ad sexdecim usque annos perseverans felici dormitione cursum vitae complevit.
1796. Monte Politiano. — R. P. Felicianus a Pistorio, Novitiorum Magister, qui ferventi ac Seraphico spiritu, quo erat ditatus, aptissime tirones instituit.
1703. Sarteani. — Fr. Benedictus a Ianua, Laicus Tertiarius.
1832. Florentiae. — Fr. Pacificus a Vernio, item Laicus, qui dies suos plenos operibus sanctis pretioso obitu coronavit.

DIE QUARTA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1638. MASSAE. — Fr. Philippus a Seravetia, Clericus.

1646. LUCAE. — Fr. Petrus ab Arretio, ex nobili familia Bacci progenitus, item Clericus.

1650. ARRETII. — Fr. Iuniperus a Cejano, Laicus.

1668. LUCAE. — Fr. Bernardinus a Barga, item Laicus bonitate et simplicitate morum spectabilis.

1680. IBIDEM. — R. P. Genesius a Bituzano, egregius verbi Dei Praeco excellenti ingenio praeditus et sapientia, quam ad sui et audientium sanctificationem die noctuque maxime ex Codicibus sacris hausit.

1700. SENIS. — P. Christophorus a Barga.

1722. IN REGNO CONGI. — R. P. Aloysius a Signa, Missionarius Apostolicus zelo fervens pro gloria Dei, proximorumque salute.

1757. SENIS. — Fr. Georgius ab eadem Civitate, Dei et hominum amore incensus.

1772. VOLATERRIS. — P. Leonardus a Ripolo, qui purissimam et ad exemplum positam vitam piissime absolvit.

1799. FLORENTIAE. — P. Laurentius a Montevarchio.

1819. SENIS. — Fr. Franciscus a Radicophano, qui jugiter probe vixit.

1837. LIBURNI. — Fr. Remigius a Lario, Laicus.

1839. RADICOPHANI. — R. P. Constantius ab Apua, Vicarius, qui usque ad extremnm vitae spiritum clara multarum virtutum imitanda specimina dedit.

1847. FLORENTIAE. — Fr. Angelicus ab eadem Civitate, Laicus, vir amator pacis et omnibus carus, praesertim Superioribus propter obedientiae studium.

1885. BARIELINGI. — R. P. Accursius a Radicophano, Missionarius Apostolicus in India, ubi diu pro viribus saluti animarum vacavit et omnia probi religiosi munera constantissime explevit.

DIE QUINTA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1632. LUCAE. — Admodum R. P. Gregorius a Senis, Concionator et Guardianus, Novitiorum Magister et Definitor, qui propter bonitatem suam multa in veneratione fuit.

1641. FLORENTIAE. — Fr. Innocentius a Senis, Laicus.

1644. ARRETII. — P. Laurentius ab eadem Civitate, ex nobilissima Alberorum gente natus, indefessus verbi Dei Praeco.

1666. LIBURNI. — P. Claudius Adolphus a Lotharingia, item Concionator.

1667. LUCAE. — R. P. Bernardinus a Corsagna, item Concionator et Guami Guardianus: vir admirabili bonitate et subditorum praecidaneus bono exemplo.

1669. SENIS. — P. Angelus a Florentia, ex illustrissima domo Corsini progenitus.

1685. ARRETII. — R. P. Antonius ab Antona, Concionator et olim Guardianus, humilitate et devotione commendabilis.

1719. PISTORII. — P. Hieronymus ab eadem Civitate, qui plurimum solitudinem dilexit.

1722. SENIS. — Fr. Philippus a Serripoli, Laicus, seraphicae Regulae in omnibus servator insignis.

1742. IBIDEM. — Fr. Petrus Paulus a Volaterris, pariter Laicus.

1764. NEAPOLI. — R. P. Angelus M. a Liburno, doctrina et virtute praestans Concionator.

1803. ARRETII. — P. Adeodatus a Castula.

1812. PISTORII. — P. Ioannes Petrus ab eadem Civitate.

1813. FLORENTIAE. — Fr. Iacobus a Pistorio, Laicus.

1875. AGRAE. — R. P. Innocentius a Florentia, Evangelii Praeco et Apostolicus Missionarius, qui, dum lue perculsis operam praestaret martyr charitatis occubuit.

1884. ARRETII. — Fr. Laurentius ab eadem Civitate, Laicus integerrima vita et laboris amantissimus.

1888. PISTORII. — Fr. Isidorus a Sambuca, item Laicus religiosa pietate et humilitate carus, qui bono exemplo omnibus admirationi fuit.

DIE SEXTA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1636. Lucae. — Fr. Zacharias a Controne, Laicus ob pietatem et bonitatem plurimi habitus.

1641. Pisis. — Fr. Maurus a Capannori, item Laicus.

1648. Florentiae. — Admodum R. P. Paulus a Pistorio, Concionator atque Provincialis Minister, qui ex nobili Franchi familia ortum ducens, magna sapientia nec minori prudentia et bonitate in Religione eluxit.

1683. Arretii. — Fr. Andreas a Sancto Miniate, Laicus.

1684. Peccioli. — P. Antonius Maria a Luca.

1719. Florentiae. — R. P. Romualdus a Prato, Concionator et jam ad multos annos Magister Novitiorum, virtute praestans et devotionis affectu.

1731. Arretii. — P. Bernardus a Casula, S. P. N. Francisci spiritum apprime indutus.

1735. Senis. — R. P. Franciscus ab eadem Civitate, Concionator et frequenter Guardianus.

1802. Lucae. — P. Martinus ab eadem Civitate, item Concionator.

1828. Pisis. — Fr. Fidelis a Turriculo, Laicus.

1848. Senis. — P. Seraphinus a Sancto Cassiano Pisarum, promptus ad obedientiam, comis in conversando, bonus, veritatis et virtutis amicus.

1882. Florentiae. — Fr. Fidelis a Sancto Petro ad Sevium, Laicus, qui, votis Domino redditis suoque in corde dispositis ascensionibus, ivit de virtute in virtutem, sperans sibi promissam vitam aeternam.

DIE SEPTIMA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1634. CALLII. — R. P. Petrus Franciscus a Florentia, Concionator ex civilissima Domo Mainardi ortus, qui ante Religionis ingressnm fuit celeber causidicus, in saeculi vanitatibus valde implicatus: verum divina impellente gratia ad Claustrum vocatus, auxteritate vitae eo religiosae perfectionis venit, ut in obitu extraordinaria dederit signa sanctitatis.

1644. LUCAE. — Fr. Marianus a Castro Buyti, Laicus.

1646. MONTE ILCINO. — Fr. Benignus a Vallechia, item Laicus, qui jugi corporis afflictatione et oratione sategit se conducere ad vitam.

1648. PISIS. — Fr. Albertus a Nursia, similiter Laicus.

1659. SENIS. — Fr. Bernardinus a Perusia, Clericus.

1660. FLORENTIAE. — R. P. Seraphinus a Cortona, Concionator et SS. Conceptionis Coenobii Guardianus electus. Ipse de nobili Vagnucci familia natus, Religionem ingressus studiis et religiosis virtutibus vacavit. In regno Congi Missionarius et Praefectus Apostolicus bonum semen disseminavit in agro Domini messuitque abundanter: ita ut a celebri regina Singa Romam missus sit apud Romanum Pontificem legationis causa: tandem in patriam reversus, labore confectus meritisque onustus migravit ad Dominum.

1665. PISIS. — P. Ioannes Baptista ab Emporio.

1671. FLORENTIAE. — Fr. Leo a Mediolano, Laicus, qui tanta medicinae peritia pollebat, ut etiam celebres medici eum adirent consilii causa: sed magis religionem coluit, bonos praeseferens mores et maxime charitatem erga infirmos, quibus amabiliter praesto erat.

1699. LICINIANI. — P. Carolus a Cassia, totus rebus divinis addictus.

1708. SENIS. — P. Franciscus Maria a Flumine Albo, in studia incumbens et in spem Religionis succrescens.

1709. ARRETII. — R. P. Cherubinus ab Antona, Concionator et Montis Acuti Guardianus.

1732. FLORENTIAE. — Fr. Mansuetus a Lamole, Laicus propter magnam in Dei ministros reverentiam laudandus.

1799. APUAE. — P. Columbanus ab eadem Civitate.

1822. RADICOPHANI. — P. Ambrosius M[a] ab eodem Loco, qui iam Sacerdos Religionem ingressus mira pietate et sapientia resplenduit.

1828. FLORENTIAE. — Fr. Rochus a Sancto Cassiano, Laicus.

1867. VOLATERRIS. — P. Ioseph ab eadem Civitate.

1886. ARRETII. — Fr. Ioannes Baptista ab eadem Civitate, Laicus.

DIE OCTAVA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1630. LUCAE. — Fr. Franciscus ab eadem Civitate, Laicus.

1648. PISIS. — Fr. Ioannes Baptista a Mediolano, item Laicus.

1649. LIBURNI. — Fr. Laurentius a Signa, Laicus prudentia et pietate mirandus.

1655. SENIS. — R. P. Ignatius a Florentia, Concionator et Lector eximius: sed adhuc florente aetate, nostrae expectationi praereptus.

1662. LUCAE. — P. Franciscus a Nassovia, Praedicator, qui, ejurata Novatorum haeresi, Religionem nostram ingressus, ad mortem usque se praestitit valde probum.

1683. FLORENTIAE. — Fr. Philippus a Massa in Valle Nebulae, Laicus, qui exempla recta omnibus imitanda reliquit.

1705. IBIDEM. — P. Bernardinus a Castro Franco inferiori, Concionator, qui mundo valedicens in Religionem se recepit, in qua omnium virtutum acquisitioni jugem dedit operam: in oratione vero et constantia patiendi evasit perfectus.

1708. VARSAVIAE. — Fr. Antonius Franciscus ab Arretio, ex nobili Saracini ortus familia, morum innocentia et singulari vitae bonitate invenis studens, dira peste grassante confectus.

1781. FLORENTIAE. — Fr. Gregorius a Barberino, Laicus, qui per annos quinque et triginta stipem coegit, mirantibus ejus virtutem cunctis civium ordinibus.

1784. LUCAE. — Fr. Angelus a Benabio, item probus Laicus.

1799. FLORENTIAE. — Fr. Carolus a Vernio, pariter Laicus religiosae perfectionis studiosissimus.

1809. IBIDEM. — Fr. Damianus a Sancto Miniate, item Laicus.

1810. LUCAE. — P. Bernardinus a Casabassiana, Concionator.

1857. FLORENTIAE. — P. Iacobus a Puppio.

DIE NONA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1572. Pistorii. — R. P. Vincentius a Flaviano, ex Florentina honesta Manasseorum familia ortus, celebris ac eximius Novitiorum Magister, de cuius vitae austeritate, sanctitate, charismatum et miraculorum donis in annalibus nostris multa narrantur.

1708. Senis. — P. Thomas ab Ancarano, Concionator modestia et spirituali reverentia decorus.

1715. In Georgia. — R. P. Bonaventura a Florentia, fervidus verbi Dei Praeco et Missionarius Apostolicus, qui eximia virtute, multoque ingenio inter praeclaros adhuc invenis excelluit.

1790. Aquae Taurinae. — P. Sebastianus ab Abbatia Sancti Salvatoris.

1804. Senis. — Fr. Paulus a Sorano Laicus, qui jugiter laudabili religiositate vixit.

1814. Pisis. — P. Laurentius a Cusiliana, singularis exempli Sacerdos, qui in paterna domo dispersionis tempore pia morte occubuit.

1891. Florentiae. — P. Ioachim a Liciniano integer vitae iuvenis, qui dum corporis aegritudine laboraret, cito suae bonae voluntatis mercedem accepit.

DIE DECIMA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1641. Monte Acuto. — R. P. Raphael a Senis, ex nobilissima Colombini stirpe genitus, qui solitudinis et austeritatis cupidus hunc segregatum locum vehementer dilexit, in quo etiam pluries maximo regularis disciplinae zelo Guardiani munus obivit.

1643. Pisis. — Fr. Ioannes Baptista a Massa Ducali, pius Clericus.

1643. Tusculi. — Fr. Archangelus a Luca, Laicus.

1659. Senis. — Fr. Ludovicus M. a Monte Sancti Sabini, item Laicus erga Beatam Virginem tenerrima devotione incensus.

1661. Lucae. — Fr. Paulus a Terra Rubra, item Laicus.

1691. Ibidem. — Fr. Vincentius a Prato, similiter Laicus.

1709. Radicophani. — R. P. Leo a Mediolano, Praedicator et Guardianus, qui regularis observantiae dilectione, pietate et morum innocentia commendabilis fuit.

1734. Massae. — Fr. Iosephus ab Emporio, Laicus.

1737. Florentiae. — R. P. Fortunatus ab eadem Civitate, Concionator et saepe Guardianus: Religiosus in omnibus recto ordine incedens et honestus.

1866. Arretii. — P. Iacobus a Biblena, qui studiis adhuc addictus, brevi vitae cursu, pietate, mansuetudine et obedientia, omnium sibi animos devinxit.

1890. Pistorii. — Fr. Franciscus a Podio Bonitio, Laicus.

DIE UNDECIMA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1631. Florentiae. — P. Gabriel a Senis, ex praelustri Tholomeorum domo natus, victima suae nimiae charitatis, qua lue pestifera infectis inserviit.

1646. Romae. — Eminentissimus Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus P. Antonius Cardinalis Barberinius a Florentia, Summi Pontificis Urbani VIII germanus Frater; a quo e Guardiani munere inter Patres purpuratos adlectus, Capuccinorum morem nunquam immutavit: sed laboriosam, austeram et ad exemplum vitam coluit, donec sanctam, Deo placentem ab eoque coronandam efflaverit animam.

1648. Liburni. — P. Anselmus a Luca.

1662. Lucae. — Fr. Bonaventura a Cozzile, Clericus.

1711. Florentiae. — P. Petrus Franciscus ab eadem Civitate.

1720. Senis. — P. Victorius a Prato, ex nobili stirpe Apolloni progenitus.

1774. Lucae. — Fr. Ioannes Baptista a Florentia, Laicus.

1780. Arretii. — P. Paulus a Biblena, honestior honore factus ob suum devotionis affectum nec minorem patientiam.

1786. Emporii. — P. Ioseph M.a ab eodem Loco.

1802. Sancti Cassiani de Balneis. — Fr. Paulus a Florentia, Laicus, qui religiose vitam semper duxit.

1879. Pistorii. — F. Bonaventura ab eadem Civitate, item Laicus, quem videntes cives vel orantem, vel operantem et stipem cogentem, exemplum optimi Religiosi dicebant.

1881. Arretii. — R. P. Seraphinus a Vernio, Praedicator et saepe Superior, qui apostolico spiritu et integris moribus plenam duxit vitam.

1887. Pistorii. — P. Ioseph a Prato, item Concionator, qui verbo et exemplo honorem Dei et proximorum salutem zelavit.

DIE DECIMA SECUNDA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1602. Sancti Cassiani de Balneis. — Fr. Martinus a Pistorio, Laicus.
1648. Liburni. — R. P. Eugenius a Florentia, Concionator et Guardianus.
1655. Mediolani. — R. P. Franciscus ab eadem Civitate, ex nobilissima Confalonieri prosapia natus, qui, cum iam inter Patres Iesuatos potiores obtinuisset dignitates, tamen maioris perfectionis desiderio ductus, Capuccinorum Ordini in nostra Provincia nomen dedit et bonitate morum atque excellenti doctrina praeluxit.
1884. Senis. — P. Hadrianus a Liburno.
1707. Lucae. — P. Damianus a Sancta Cruce.
1708. Senis. — Fr. Andreas a Petroniano, Laicus.
1775. Pisis. — P. Thomas Maria a Petra Sancta, Concionator, natura lenissimus et a patientia invictus.
1785. Ibidem. — Fr. Donatus a Caregio, Laicus.
1827. Sancti Quirici. — Fr. Ludovicus a Luca, item Laicus, cuius vita tam in mundo, quam in claustro omnibus optimo exemplo fuit.

DIE DECIMA TERTIA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1631. Plebe Sancti Stephani. — R. P. Andreas a Monte Varchio, Guardianus, quem pestis consumpsit, sua charitatis officia erga infectos exercens.

1644. Lucae. — R. P. Thomas a Senis, Concionator et aliquoties Guardianus: unus ex multis Dei Servis qui honestate morum ac sanctitatis decore Thusciensem Provinciam illustraverit.

1648. Florentiae. — R. P. Ioseph ab eadem Civitate, item Praedicator et Ministri Provincialis a Secretis.

1709. Puppii. — P. Leo ab eodem Loco, homo carne mortificatus, vivificatus autem spiritu.

1782. Liburni. — Fr. Laurentius a Pistorio, Laicus bonitate praeclarus, charitate in aegrotos excellens.

1800. Senis. — P. Aloysius ab eadem Civitate, qui, honorifica et liberali professsione relicta, bono religiosi munia obivit in regularis disciplinae studium intentus.

1803. Ibidem. — P. Philippus Maria a Volaterris.

1811. Florentiae. — P. Michaelangelus a Liburno, Concionator.

1817. Radicophani. — R. P. Bonaventura a Sancta Flora, item Concionator et frequentissime Guardianus, qui in religiosae perfectionis viam iugiter progredi studuit, ac, ut eam ceteri etiam arriperent, quam diligentissime curavit, cum optimus animarum moderator, fuerit.

DIE DECIMA QUARTA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1644. LIBURNI. — Fr. Carolus a Sabaudia, Laicus.

1668. FLORENTIAE. — Fr. Bartholomaeus a Burgo Sancti Laurentii, item Laicus.

1684. MASSAE. — Fr. Franciscus ab Antona, similiter Laicus, exemplo atque diligentia laudandus.

1694. LUCAE. — P. Dominicus a Bovelio, affabilitate et humanitate decorus.

1738. CORDUBAE. — R. P. Didacus a Luxena, Concionator, ex nobilissima Familia de Queva natus et iam in saeculo inter celeberrimos Sancti Iacobi de Oreto eques cooptatus; in nostra vero Provincia capuccinus effectus, magna vitae austeritate inclaruit; at ad ingentia componenda negotia in Vandalitianam Provinciam reversus, pia morte decubuit.

1763. PISIS. — Fr. Augustinus ab eadem Civitate, Laicus.

1782. LUCAE. — Fr. Fidelis a Luca, item Laicus, cuius mira bonitas omnibus praeluxit ad exemplum.

1797. FLORENTIAE. — R. P. Hieronymus a Prato, egregius verbi Dei Praeco, qui etiam ferventissimo zelo repletus Tuneti Apostolicus Missionarius fuit: inde autem reversus claustri vivendi rationem summe adamavit, et omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret Christo Domino.

1839. PISIS. — P. Laurentius a Castro Plani, Concionator.

DIE DECIMA QUINTA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1629. Peccioli. — P. Iacobus a Luca.
1630. Colle. — Fr. Philippus a Seravetia, Laicus.
1634. Sancti Cassiani de Balneis. — R. P. Cherubinus ab Antona, Guardianus.
1641. Liciniani. — P. Bernardinus a Prato, Concionator.
1648. Florentiae. — Fr. Vincentius a Senis, Laicus, qui, ex Luti genere ortus, nobilitati plurium virtutum nitorem adiecit, praecipue vero humilitatis et charitatis.
1653. Arretii. — Fr. Elzearius a Burgo Sancti Laurentii, item Laicus.
1676. Senis. — Fr. Thomas a Pecciolo, Clericus intemeratae conscientiae.
1679. Lucae. — P. Franciscus a Barga.
1696. Radicophani. — Fr. Bonaventura a Sancto Cassiano, Clericus, qui consummatus in brevi et Dei amore dilatus caelos penetravit.
1709. Senis. — Fr. Franciscus a Sancto Cassiano, Laicus.
1709. Liciniani. — Fr. Andreas a Quarata, item Laicus qui sua prudentia ac pietate a pluribus Provincialibus in socium adscisci meruit.
1713. Monte Ilcino. — Fr. Salvator a Florentia, Laicus.
1724. Lucae. — Fr. Ioannes Baptista a Pistorio, item Laicus.
1729. Florentiae. — P. Raphael ab eadem Civitate, Concionator.
1847. Ibidem. — Fr. Ioannes Baptista a Seravetia, Laicus, cui iugiter fuit recta vivendi ratio, otium aufugiendi, orationem et solitudinem quaerendi.
1855. Ibidem. — R. P. Jeremias a Sancto Marcello, in Hospitio S. Mariae Novae optimus Praeses, qui ferventi charitati in aegrotos alias plurimas sociavit virtutes et in primis mansuetudinem singularem atque constantem.

DIE DECIMA SEXTA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1649. Pisis. — R. P. Hieronymus ab Arretio, Guardianus: vir moribus irreprehensis et plurima veneratione dignus.

1674. Arretii. — Fr. Hieronymus ab Arcidosso, Laicus charitate praeclarus.

1674. In Regno Congi. — R. P. Ludovicus a Pistorio, illius regionis Missionarius Apostolicus, in qua ad annos quatuordecim plurimum ad animarum salutem laboravit et meritis onustus migravit ad Dominum.

1729. Ibidem. — R. P. Franciscus ab Arretio, qui pariter nimio zelo in eadem Congi Missione verbum Dei gentibus nunciavit.

1731. Sancti Cassiani de Balneis. — Fr. Ioseph a Liciniano, Laicus.

1739. Liciniani. — Fr. Felix a Tuoro, item Laicus.

1767. Florentiae. — P. Franciscus a Domobassiana, Concionator, qui juxta Evangelium coepit facere et docere.

1796. Senis. — Fr. Cosmas ab eadem Civitate, Laicus, qui religiose ac pie vivens, pie etiam interiit.

1815. Prati. — Fr. Modestus a Vico-Maiore, item Laicus qui etiam bona et recta vivendi ratione apud supremos Ordinis Moderatores in aestimatione fuit.

1852. Florentiae. — Fr. Balthassar a Podio Bonitio, similiter Laicus valde bonus et immutabili praesertim patientia praeditus.

1856. Pisis. — P. Martinus ab Apua de proximorum salute maxime sollicitus.

1892. Arretii. — R. P. Alexius ab Apua, Concionator et olim Guardianus; vir comis naturae, integritatis exemplo et animarum salutis zelo laudabilis.

DIE DECIMA SEPTIMA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1650. ROMAE. — Admodum R. P. Vincentius a Marrario de illustri Pistoriensi Fabbroni familia oriundus, qui miram sortitus aciem ingenii, puer duodecim annorum in publicis Logicae et Philosophiae disputationibus versatus est: vigesimo secundo aetatis suae anno, Pisis jam publicus legum Lector, ad Capuccinos se recepit, et citius ad Praedicationis ministerium egregiis dotibus instructus visus est. Bononiae vero theologicarum rerum cathedram tenens, illius Provinciae Definitor electus est. Fuit etiam celeber verbi Dei praeco, optime pro Christo legatione functus.

1658. LUCAE. — P. Iosephus ab eadem Civitate, Concionator.

1663. FLORENTIAE. — Fr. Andreas a Turriculo, Laicus.

1684. LUCAE. — Fr. Modestus ab eadem Civitate, item Laicus.

1689. SENIS. — Fr. Bartholomaeus a Sarteano, pariter Laicus.

1708. VARSAVIAE. — Fr. Gervasius a Pelago, similiter Laicus simplex et simpliciter agens, dira peste interemptus.

1709. PISIS. — P. Nicolaus a Coloniola.

1718. FLORENTIAE. — Fr. Angelus M. a Marcialla, Laicus.

1729. IBIDEM. — Fr. Ioannes Baptista a Puppio, item Laicus.

1780. SARTEANI. — Fr. Stephanus a Pistorio, et ipse Laicus prae suis bonis moribus desideratissimus.

1793. ARRETII. — Fr. Philippus a Cortona pariter Laicus, cuius vita S. P. N. Francisci formam habens, pauperrima, orationi dedita et in actibus vitae communis assidua maxime fuit.

1809. SARTEANI. — P. Michaelangelus a Turriculo.

1843. BURGI S. LAURENTII. — Fr. Fidelis a Pecciolo, Laicus.

1881. MONTE POLITIANO. — Fr. Conradus a Plebe Presciani, Clericus.

1888. FLORENTIAE. — R. P. Antonius ab Apua, Concionator et quondam nostrorum juvenum institutor nec non ordinis liturgici dispositor, integer vitae, benignitate et mansuetudine singularis.

1900. S. IACOBI IN REGNO CILE. — P. Daniel a Monte Vectulino, qui charitate erga proximum fervens, profectus Missionarius in eam regionem multum in vinea Domini laboravit, et magis meritis quam aetate maturus ex hac vita decessit.

DIE DECIMA OCTAVA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1587. FLORENTIAE. — Fr. Vincentius a Perusia, Laicus, obedientia et oratione clarus, multis igneis nequissimi telis probatus, quae scuto fidei extinxit.

1648. LUCAE. — Fr. Benedictus a Florentia, item Laicus.

1657. SENIS. — Fr. Silvester a Puteo, pariter Laicus, qui pietatis, mortificationis et recessus dilector, ferme toto vitae tempore ad tironum exemplum in domibus Novitiorum moratus est.

1658. ITEM. — Fr. Andreas a Carraria, Clericus.

1663. IBIDEM. — Fr. Martialis a Colle, Laicus.

1707. LUCAE. — Fr. Carolus a Lucano, Clericus piissimus.

1711. SENIS. — Fr. Ioseph Maria a Sancto Joanne, Laicus.

1740. IBIDEM. — Fr. Hugo a Senis, item Laicus pietate et humanitate commendandus.

1761. FLORENTIAE. — P. Ermenegildus a Florentia, Concionator.

1789. MUTILI. — Fr. Aloysius ab eadem Civitate, Laicus.

1806. PECCIOLI. — R. P. Angelus Maria a Piscia, Praedicator et pluries Guardianus, pro Dei gloria et proximorum salute operae haud parcus suae.

DIE DECIMA NONA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1630. Senis. — Fr. Faustinus a Pistorio, singulari virtute et perfectione Laicus.

1639. Peccioli. — Fr. Franciscus a Burgo Sancti Laurentii, Clericus.

1649. Arretii. — P. Ioseph ab eadem Civitate, ex nobili Gozzari stirpe ortus, Sacerdos probatissimus.

1649. Liburni. — Fr. Mansuetus a Prato, Laicus.

1651. Senis. — Fr. Ambrosius a Mediolano, item Laicus in vita et morte specimen optimi Religiosi praeseferens.

1658. Lucae. — Fr. Bernardinus a Momineo, Laicus.

1659. Liburni. — R. P. Ioannes Gualbertus a Pistorio, Vicarius et pluries Guardianus ex nobilissima famiglia Cellesi progenitus.

1733. Senis. — Fr. Bernardus a Luca, Laicus.

1762. Emporii. — R. P. Seraphinus a Florentia, Guardianus Coenobii ad Pontem Aerae. Ei cum neque pietas, neque scientia deficeret, verbi Dei praedicatio prospero cessit eventu.

1767. Lucae. — R. P. Michael Angelus a Carraria, Concionator et saepe Guardianus, qui ex civilissima domo Micheli ortum acceperat.

1782. Senis. — Admodum R. P. Bernardus a Senis ex nobili genere Finetti natus, qui militari cingulo in equestri Ordine Stephaniano relicto, amplexus Christi crucem et iugiter illi adhaerens ex Lectoris officio ad Provincialatum per honorificentiora munera pervenit: quibus omnibus zelo et prudentia summa satisfecit.

DIE VIGESIMA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1648. Liburni. — R. P. Franciscus a Prato, ex nobili Domo Bacchineri ortus, Concionator et Sarteani Guardianus.
1648. Florentiae. — Fr. Hyppolitus ab eadem Civitate, Laicus.
1649. Arretii. — Admodum R. P. Franciscus ab eadem Civitate, Guardianus prudentia, doctrina et pietate celebris; qui Lectoris ac Definitoris munia obivit et in verbi Dei praedicatione bonum animarum assidue promovit.
1656. Senis. — P. Bonaventura a Pecciolo.
1677. Florentiae. — Fr. Ioannes Baptista a Pistorio, Clericus ex Rutati nobili Domo, recta voluntate et bona indole praeditus.
1678. Pisis. — P. Petrus a Volaterris.
1695. Arretii. — P. Seraphinus a Cortona.
1720. Florentiae. — R. P. Cosmas M.a ab eadem Civitate, Praedicator, qui plurimis virtutibus, sed praecipue prudentia et moderatione enituit.
1730. Pistorii. — P. Raphael a Castro-Florentino, egregius verbi Dei Praeco.
1775. Lucae. — P. Ioseph a Monte Vico.
1777. Arretii. — P. Gregorius ab eadem Civitate, Praedicator sincero pietatis spiritu distinctus.
1783. Ibidem. — Fr. Coelestinus a Gallucio, Laicus orationis studio et bono exemplo commendabilis.
1789. Florentiae. — R. P. Rupertus ab eadem Civitate, Concionator, magnae virtutis Pater; qui omnium satisfactione, et bono exemplo diu Provincialis a secretis munus implevit.
1867. Liburni. — P. Vincentius ab eadem Urbe.
1888. Arretii. — Fr. Bernardus a Montevarchio, Laicus, qui toto vitae sue cursu optimum omnibus praebuit exemplum, praesertim vero humilitatis, mortificationis et laboris.

DIE VIGESIMA PRIMA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1654. Florentiae. — Fr. Leo a Florentia, Laicus, qui cum in vita bonitatem, charitatem et prudentiam impense coluisset, pia etiam morte ex hoc mundo migravit.

1734. Lucae. — P. Adeodatus a Massa Carraria, verbi Dei egregius Concionator et multis eruditus disciplinis.

1752. Ponte Aerae. — Fr. Xistus ab Emporio, Laicus.

1802. Mutili. — Admodum R. P. Alexander a Tredotio, Concionator ac Definitor.

1814. Gabinianae. — P. Romualdus ab eodem Loco, qui tempore dispersionis in paterna domo dormitionem accepit.

1823. Florentiae. — R. P. Andreas a Sancto Miniate, huius Conventus Guardianus, regularis observantiae amator, prudens et sapiens.

1867. Ibidem. — Fr. Iustus a Cercina, Laicus.

1867. Arretii. — Fr. Mansuetus a Castula, similiter Laicus.

1894. Allahabadii. — Admodum R. P. Raphael a Liburno, Concionator et in Indiis orientalibus Missionarius Apostolicus, qui strenuus sanctae Romanae Ecclesiae miles ad annos quinque et triginta constanti perseverantia in agone luctavit pro sedentium in umbra mortis animarum salute, atque plenus diebus et meritis obiit in pace.

DIE VIGESIMA SECUNDA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1641. Lucae. — P. Laurentius ab Arce Albinea.
1646. Liburni. — P. Franciscus M.a a Liciniano.
1649. Lucae. — Admodum R. P. Ioachim ab eadem Civitate ex nobili familia Ciomei, egregius et zelo plenus verbi Dei Praeco atque Guardianus vigilantissimus, nec non Definitor bene de Provincia meritus.
1678. Liburni. — P. Dominicus a Limite, Praedicator.
1683. Florentiae. — F. Michael a Massa Ducali, Laicus qui quum magnae virtutis exemplum praeberet, adhuc invenis de sancta morte transivit ad vitam.
1692. Ibidem. — Fr. Benignus a Florentia, Laicus recte vivendi forma laudabilis.
1708. Arcidossi. — Fr. Iuniperus a Mediolano, pariter Laicus.
1709. Arretii. — P. Thomas a Puppio, Concionator.
1740. Senis. — P. Bartholomaeus a Sambuca, pariter Concionator.
1790. Florentiae.. — R. P. Alexander a Pistorio, Concionator et pluries Guardianus, qui postea in lectulo per plures annos diro morbo excruciatus sibi multas per patientiam texuit coronas meritorum.
1827. Liburni. — Fr. Beniaminus ab Avenione, Laicus, cuius virtus triginta tribus annis penes nostros illuxit.
1841. Sancti Cassiani. — R. P. Odoardus a Florentia, Concionator integris praeditus moribus ac saepe Guardianus pervigilans.
1859. Pisis. — P. Seraphinus a Seravetia.
1871. Castri Florentini. — P. Bonaventura ex eodem Loco.
1876. Pisis. — P. Angelus Maria a Fivizzano.

DIE VIGESIMA TERTIA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1640. EMPORII. — Fr. Georgius a Sexto Florentino, Laicus.

1650. LIBURNI. — Fr. Salvator a Florentia, item Laicus.

1678. SENIS. — Fr. Iustus a Pisis, Laicus.

1678. LOANDAE. — R. P. Paulus a Litiano, Concionator, qui salutis animarum zelo compulsus in Congi Regnum Apostolicus Missionarius profectus est: at, ubi Dominicum agrum sibi excolendum ob oculos habuit, e vita decessit.

1698. SENIS. — Fr. Thomas a Lauro, Laicus.

1763. IBIDEM. — P. Aloysius a Senis, Praedicator egregiis ornatus dotibus.

1785. PLEBE SANCTI STEPHANI. — R. P. Romualdus ex eodem Loco, Concionator, Canonicus Zaballi in patria dictus: vir eximiae perfectionis, singularis prudentiae et charitatis, frequenter Fratribus Praepositus

1814. PRATI. — Fr. Didacus a Vernio, Laicus, qui exercitio humilitatis et meditationis amorem Dei exaugens in corde suo octogenarius advolavit ad praemium.

1857. ARRETII. — Fr. Stephanus a Monteminiario, item Laicus, qui vitam transegit laboriosam, obedientem, in Deum Sanctosque piissimam.

1857. SENIS. — P. Octavianus a Volaterris, Concionator miro ingenio praeditus et magis religiosa perfectione.

1867. PISTORII. — P. Antonius ab eadem Civitate.

DIE VIGESIMA QUARTA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1631. Florentiae. — Fr. Iuniperus a Bononia, Laicus, qui, quum vita floreret, sponte obviavit morti, peste laborantibus ferens auxilium.

1647. Senis. — P. Hadrianus a Florentia, ex nobili Del Migliore familia ortus.

1649. Lucae. — Fr. Masseus a Decimo, singulari humilitate et officio praeditus Laicus.

1649. Ibidem. — Fr. Victorius a Seravetia, pariter Laicus.

1649. Senis. — Fr. Georgius ab eadem Civitate, item Laicus ingenio et prudentia multa celebrandus.

1727. Lucae. — R. P. Genesius a Bituzano, Concionator.

1753. Item. — Fr. Benignus a Florentia, Laicus.

1776. Ibidem. — P. Felix a Luca, eximius verbi Dei Concionator, forma audientium factus ex animo.

1788. Bonoconventu. — R. P. Carolus a Sancto Quirico, Vicarius.

1795. Birtugiae. — Fr. Alexander a Puppio, valde bonus et obediens Laicus.

1822. Pisis. — Fr. Nicolaus ab Apua, item Laicus.

1824. Senis. — R. P. Ioannes Paulus a Lamporecchio, Praedicator et Lector, qui dono scientiae humilitatem, spiritus fervorem sociavit, magnum linquens desiderium sui.

1826. Pistorii. — Fr. Ioseph a Carminiano, sibi suaeque saluti attendens.

1853. Florentiae. — Fr. Caietanus a Peretula, item Laicus sanctis repletus virtutibus, sed amore in Deum exardescens.

1860. Arretii. — Admodum R. P. Martinus a Vitiano, Guardianus iam benemeritus Novitiorum Magister et ex Definitor, qui praedicari debet servus Dei fidelis et prudens.

1871. Ibidem. — R. P. Peregrinus ab Arce Albinea, Concionator et frequenter Guardianus, qui, quum omnes virtutes coluisset, nimio zelo diu sacerdotale ministerium implevit, ac tandem annis et meritis onustus requievit in Domino.

DIE VIGESIMA QUINTA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1632. Senis. — R. P. Bernardinus a Luca, Concionator et Guardianus ex nobili Scannabecchi familia, qui summa virtute et austeritate plurima in religione floruit, ut ad mortem usque ab esu carnium se abstinuerit.

1633. Liburni — R. P. Hadrianus a Florentia, Guardianus et egregius verbi Dei Praeco.

1658. Senis. — P. Antonius a Mutina.

1694. Arretii. — Fr. Andreas ab eadem Civitate, Laicus, qui bonus quum esset, pensum suum accuravit.

1701. Lucae. — R. P. Urbanus a Ponte Aerae, Praedicator.

1705. Sancti Quirici. — P. Leo a Luca, ex nobili familia Santucci ortus, Praedicator, qui singulari et eximia charitate laudem promeruit.

1708. Senis. — Fr. Ioseph Maria a Continiano, Laicus, celebris aegrotorum curator.

1713. Florentiae. — R. P. Philippus Maria a Colle, Concionator et Lector, qui de Lucii ortus domo civilissima, cum iam in foro causarum actor esset peritissimus, inter Capuccinos se recepit, et brevi tum virtute quum doctrina sic excelluit, ut provectiorum exemplum haberetur.

1721. Pistorii. — P. Franciscus a Serripoli, Concionator indefessus.

1723. Florentiae. — P. Simplicianus ab eadem Civitate, simplicitatis ac pacis amator.

1819. Sancti Quirici. — R. P. Seraphinus a Fighino, Concionator et Vicarius, magno zelo in Dei gloriam accensus.

1841. Florentiae. — P. Andreas ab eadem Civitate.

DIE VIGESIMA SEXTA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1644. Monte Ilcino. — R. P. Arsenius a Palearicio, Concionator.
1646. Lucae. — Fr. Franciscus a Liburno, Clericus.
1648. Liburni. — P. Bartholomaeus a Burgo Sancti Laurentii.
1682. Radicophani. — P. Ioachim a Clanciano.
1711. Senis. - Fr. Raphael a Sancto Quirico, Laicus.
1727. Florentiae. — Fr. Michael a Fighino, Laicus quietis et silentii aliarumque virtutum amator.
1735. Pisis. — P. Ioachim a Cutiliano, Praedicator.
1762. Ibidem. — R. P. Petrus Maria a Pisis, item Concionator.
1779. Liburni. — R. P. Antonius ab eadem Civitate similiter Concionator et saepe Guardianus raris dotibus praeditus, et in Regno Congi Missionarius zelantissimus.
1791. Arcidossi. — Fr. Antonius ab Apua, Laicus.
1807. Pisis. — Fr. Humilis a Seravetia, item Laicus qui commissa sibi munia solers et fidelis implevit.
1809. Arretii. — P. Cajetanus a Sextino, Concionator.
1817. Liburni. — Fr. Philippus Maria a Burgo ad Boyanum, Laicus.
1830. Senis. — R. P. Fidelis ab Abbatia Sancti Salvatoris, qui, dum in saeculo celeberrimus causarum actor extitisset, relicto foro et civili ac divite domo Biselli, nostrum Institutum alacri animo amplexus ad evangelizandum verbum Dei ita efficaci zelo totum se dedit, ut propter sua merita et virtutes, omnium admirationem et existimationem promeruerit.
1837. Pisis. — R. P. Petrus a Mutilo, Concionator et pluries Guardianus in vita communi regularique observantia amore prosequenda et custodienda insigne exemplum.
1870. Puppii. — R. P. Dominicus a Sancto Petro, item Concionator et frequenter Guardianus virtute pariter et exemplo omnibus praelucens.

DIE VIGESIMA SEPTIMA SEPTEMBRIS

DEFUCTI SUNT

1629. Florentiae. — R. P. Anastasius a Clusio, eximius Praedicator.

1638. Pisis. — P. Martialis a Colle, item Praedicator.

1652. Arretii. — R. P. Marius a Monte Sancti Sabini, qui Guardiani munus per annos viginti septem laude summa, zelo et prudentia obivit.

1677. Florentiae. — Fr. Ioseph a Monticulo, Laicus.

1680. Monte Acuto. — Fr. Paulus a Florentia, item Laicus.

1702. Senis. — Fr. Raynerius a Lauro, item Laicus maxime probus.

1704. Pisis. — P. Angelus ab Antona.

1716. Florentiae. — R. P. Franciscus a Luliano, Concionator et saepe Guardianus, vir seraphico spiritu, humilitate et morum puritate celebrandus.

1731. Turriculi. — P. Bonaventura a Piscia, item Concionator ac vere regularis observantiae amator.

1733. Florentiae. — Rmus P. Ioannes Antonius ab eadem Civitate, qui ortus ex nobile Federighi familia et inter Capuccinos adscriptus honorificentiora munia in Provincia summa cum laude gessit: in ministerio verbi Dei adeo excelluit, ut Imperatoris desiderio sacram praedicationem in imperiali Viennae sacello magno omnium plausu exercuerit: ad Generalatum evectus virtutibus, meritis et doctrina floruit: tandem in sanctissimae Conceptionis Coenobio pia morte novissimos dies clausit.

1719. Pisis. — P. Sistus a Vellano, Concionator.

1821. Florentiae. — Fr. Ioseph a Prato, Laicus.

1888. Ibidem. — R. P. Patritius a Pistorio, Praedicator; in Nosocomio huius civitatis diu Praeses actuosus et rectus in omnibus operibus suis.

DIE VIGESIMA OCTAVA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1571. Senis. — Rmus P. Franciscus Maria a Monte Politiano, perillustris verbi Dei Praeco et ex Definitor Generalis, qui ortus ex nobili Buratti Domo, etiam praestantibus virtutibus Ordinem nostrum decoravit. Eius praecleare gesta annales nostri concelebrant.

1658. Lucae. — R. P. Clemens a Carpheroniana, Praedicator et Vicarius.

1696. Arretii. — P. Franciscus a Senis, item Concionator, qui ex nobilissima Petrucci gente ortum acceperat.

1707. Florentiae. — Fr. Martinus a Monte Hughiorum, pacificae indolis Laicus.

1729. Senis. — Fr. Innocentius ab eadem Civitate, pariter Laicus.

1796. Ibidem. — P. Petrus ab Ereto, egregius verbi Dei Praeco, sancta et pauperrima vita laudandus.

1798. Florentiae. — Fr. Marianus a Monte Carolo, Laicus, qui acquisitum in Novitiatu fervorem devotionis ad terminum usque vitae servavit, innocentiam et simplicitatem spiritus sollicite custodivit.

1824. Sancto Miniate. — R. P. Aloysius a Marrario, qui saepe Guardianus et diu Magister novitiorum, quos verbo et exemplo seraphicae perfectionis semitam docuit.

1868. Florentiae. — P. Franciscus ab Apua.

DIE VIGESIMA NONA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1644. Sancti Cassiani de Balneis. — R. P. Bartholomaeus a Montevarchio, Guardianus, duro asperoque vivendi genere celebrandus, cuius magna charitas, peste grassante, comperta est omnibus.
1644. Arcidossi. — P. Felix ab eodem Loco, Concionator.
1666. Senis. — P. Angelus a Campilia Urciae, ob simplicitatem cum austeritate et sanctae orationis studio compositam venerabilis.
1709. Ibidem. — Fr. Archangelus a Sancto Quirico, Laicus qui assiduitati laboris multas sociavit religiosas virtutes, praesertim fidelitatem divinamque praesentiam.
1710. Florentiae. — P. Antonius a Ponte ad Sevium.
1729. In Georgia. — Fr. Marcellinus a Monte Varchio Laicus, qui medicinae auxilio salutem animarum curavit, de illa Missione valde benemeritus.
1737. Monte Varchio. — Fr. Sixtus a Cuna, item Laicus.
1756. Florentiae. — R. P. Franciscus ab Emporio, Praedicator et saepe Guardianus.
1773. Arretii. — Fr. Andreas ab eadem Civitate, Laicus, qui ubique et semper religiosam ac morigeram egit vitam.
1842. Sancto Miniate. — Fr. Ignatius a Pantiano, similiter Laicus.

DIE TRIGESIMA SEPTEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1641. LUCAE. — Fr. Franciscus Maria a Massa Ducali, Clericus.

1648. IBIDEM. — Fr. Paulus a Luca, ex nobili familia Bandelli ortus et pariter Clericus.

1718. FLORENTIAE. — P. Gregorius ab eadem Civitate, Concionator.

1765. IBIDEM. — R. P. Antonius Franciscus a Florentia, item Concionator et in Sanctae Mariae Novae Nosocomio fratrum Praeses optimus.

1809. CETONAE. — Fr. Seraphinus a Volaterris, Laicus qui quaestuationis tempore obiit.

1809. SENIS. — Fr. Seraphinus a Colle, item Laicus, magna bonitate et morum simplicitate venerabilis senex.

1826. ARRETII. — Fr. Petrus a Petrabona, similiter Laicus, qui in religiosis curandis infirmis magnam diligentiam et charitatem adhibuit.

1844. FLORENTIAE. — Fr. Benedictus a Mugello, item Laicus, qui iugiter diligenterque Domino reddidit vota sua.

1858. IBIDEM. — P. Ioseph a Sancto Marcello, studiis adhuc addictus, illibatorum morum juvenis ac recto judicio maturus.

DIE PRIMA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1599. Florentiae. — P. Bernardus a Montopoli.

1630. Volaterris. — R. P. Rufinus a Sancto Gaudentio, iam in saeculo Sacerdos et eximius Organi et musicae artis Magister, qui in religione vitam egit austeram, orationem et religiosam perfectionem maxime dilexit, dignus propterea qui Magister Novitiorum et Guardianus ad multos annos extiterit.

1635. Monte Sancti Sabini. — P. Vincentius a Prato, pius Sacerdos, ex nobili Domo Verzoni ortum ducens.

1641. Liburni. — Fr. Mansuetus a Calenzano, Laicus firmus in charitate.

1645. Florentiae. — Fr. Vincentius ab Emporio, item Laicus.

1670. Lucae. — R. P. Archangelus a Liburno, iam in saeculo Sacerdos, qui, Plebania ad Gabbram relicta, inter nos optime diversatus, propter bonum exemplum et gubernandi dexteritatem pluries Guardianus fieri meruit.

1708. Senis. — P. Aegidius a Massa Ducali.

1745. Florentiae. — P. Laurentius a Burgo Sancti Laurentii.

1790. Item. — Fr. Paulus a Montevarchio, Laicus.

1833. Ibidem. — R. P. Raphael a Florentia, Concionator et saepe Guardianus bonus et multa sapientia refertus, ut opuscula quaedam per ipsum typis edita testantur.

DIE SECUNDA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1632. Liburni. — R. P. Ioseph a Florentia, regularis disciplinae observantissimus.

1669. Arretii. — P. Iustinus a Barberino Elsae, cui maxime cordi fuit, quae ad Deum pertinent, digne sancteque tractare.

1677. Puppii. — Fr. Guidus ab eodem Loco, Laicus, cuius princeps virtus humilitas.

1679. Monte Acuto. — Fr. Dominicus a Pisis, Clericus pietatis spiritu et plurima scientia donatus, iam in saeculo legis Doctor ex nobili familia Zucchetti oriundus.

1694. Arretii. — Fr. Ioannes Gualbertus a Florentia, maxime probus Laicus.

1709. Liciniani. — R. P. Cherubinus a Massa Ducali, Concionator et Ministri Generalis Socius: optimae ipsi fuere dotes, amabilitas, prudentia et praecipue fervens charitas.

1729. Senis. — R. P. Antonius ex eadem Civitate, Praedicator et Vicarius.

1789. Arretii. — Fr. Alexius a Civitella, Laicus.

1810. Abbatiae Tedaldae. — P. Caesarius ab eodem Loco, Concionator.

1812. Florentiae. — Fr. Stephanus a Villamagna, Laicus, qui assidue religiosam rectitudinem et morum honestatem est sequutus.

DIE TERTIA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1607. SENIS. — Fr. Ioannes a Pistorio, Laicus.

1622. CORTONAE. — R. P. Victorius a Senis, Praedicator eximius et optimus Guardianus.

1623. FLORENTIAE. — P. Basilius ab eadem Civitate, invenis Concionator.

1641. LUCAE. — Fr. Fabianus a Benabio, probatae vitae Laicus.

1641. PISIS. — Fr. Pacificus a Gabiniana, item Laicus sanctae orationi deditus.

1651. MASSAE. — P. Laurentius a Seravetia, muniorum sacerdotalium minister piissimus.

1669. ARRETII. — Fr. Archangelus a Florentia, Clericus, generosus iuvenis, qui, mundanis oblectamentis relictis, et Capulatorum Ordinem amplexus plurimum scientia et pietate profecisset, nisi immaturo fato e vivis cessisset.

1780. PLEBE SANCTI STEPHANI. — R. P. Franciscus a Sorana, Guardianus et Concionator clarus et probus.

1789. GUARDISTALLI. — P. Valerius a Mediolano, nulli parcens labori, quem charitas, vel obedientia sibi imposuisset.

1893. SENIS. — P. Fidelis a Liburno, probatissimus, regularis observantiae custos et a mundi consortio alienus.

DIE QUARTA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1638. SENIS. — Fr. Barnabas ab Asciano, Laicus orationi maxime intentus.

1648. PONTE AERAE. — R. P. Franciscus a Petrasancta, Praedicator et Guardianus.

1656. ROMAE. — P. Seraphinus a Senis.

1661. FLORENTIAE. — Fr. Franciscus a Sexto, Laicus, seraphico spiritu et prudentia exornatus.

1684. PISIS. — R. P. Bartholomaeus a Liciniano, Concionator, et Guardianus, qui ex civili Capei domo natus in Religione maximam sibi aestimationem promeruit, suis acquisitam virtutibus.

1696. SENIS. — P. Silvester a Porriana, iuvenis evangelici verbi Praeco prudentia et exemplaritate maturus.

1708. MONTE SANCTI SABINI. — P. Bonaventura a Senis, laudandae sapientiae Concionator.

1780. LUCAE. — R. P. Stephanus a Seravetia, item Concionator, qui valde morigeram ducens vitam in senectute bona quievit.

1785. FLORENTIAE. — P. Benedictus a Mutilo, Concionator, qui per omnes vitae suae semitas, probitatem et prudentiam impense coluit.

1901. S. GEMINIANI. — R. P. Damianus a Pistorio, Concionator et pluries Guardianus Ordini nostro addictissimus, cuius amorem et honorem verbo et exemplo curavit.

DIE QUINTA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1607. Florentiae. — P. Alexander a Pisis, probatissimus Sacerdos.
1608. Pisis. — Fr. Ioannes a Rilione, Laicus.
1623. Florentiae. — Admodum R. P. Thomas a Volaterris, Concionator et saepe saepius Guardianus ac Definitor: vir summorum meritorum.
1624. Liburni. — P. Stephanus a Plebe Sancti Stephani, suis in muniis diligens.
1641. In Germania. — P. Angelus a Monte Politiano, ex nobili familia Tarugi oriundus.
1648. Pisis. — P. Dominicus ab Arretio, qui desiderio desideravit et ex se fecit ut omnes nostri omnibus praelucerent bono exemplo.
1649. Florentiae. — Fr. Bonaventura a Ponte Aerae, Laicus abstinentia et oratione praeclarus.
1659. Senis. — Fr. Felix a Monte Calino, item Laicus.
1763. Pisis. — P. Franciscus a Castro Buyti, bonus Sacerdos.
1766. Erzerumii. — Fr. Dositheus a Florentia, Laicus de Armeniae missione benemeritus.

DIE SEXTA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1634. Pisis. — P. Clemens a Plebe ad Januam.

1640. Florentiae. — Admodum R. P. Augustinus a Florentia, Praedicator, qui natus ex Vieri nobili domo et Capuccinus effectus prudenti zelo Fratribus praefuit ut Guardianus, et Definitoris munia consilio et opere laudabiliter implevit.

1686. Senis. — Fr. Innocentius ab eadem Civitate, Laicus, qui constanti animo, quoad vixit, ad meliora et perfectiora perrexit.

1692. Pistorii. — Fr. Rufinus ab eadem Urbe, item Laicus illibatorum morum et in labore manuum valde ingeniosus.

1700. Florentiae. — Fr. Alexander ab eadem Civitate, item Laicus, valetudinarii curator et in aegrotis sublevandis materna prorsus charitate donatus.

1746. Pistorii. — R. P. Franciscus Maria a Serripoli, Concionator, qui semper, sed praecipue cum superior extaret, omnibus exemplo suo praeluxit.

1780. Arretii. — Fr. Bernardus ab eadem Civitate, Laicus, qui seraphicam paupertatem prae coeteris virtutibus adamavit.

1782. Sarteani. — Fr. Isidorus a Prato, item Laicus ejusdem religiosae virtutis dives.

1806. Emporii. — P. Mauritius ab eodem Loco, zelo plenus et a labore invictus.

1828. Pisis. — Fr. Angelicus ab Apua, Laicus.

DIE SEPTIMA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1610. Liburni. — R. P. Marius a Pisis, Guardianus.

1611. Florentiae. — Fr. Bernardinus a Ponticulo, perbonus clericus.

1624. Colle. — R. P. Lucas a Pistorio, Concionator et Guardianus, qui ad nos provenerat ex illustri familia Baroni.

1804. Florentiae. — P. Franciscus M. a Cetona Evangelii Praeco, in cunctis immutabilem pacem atque spiritus tranquillitatem servans.

1809. Senis. — Fr. Felix a Volaterris, Laicus, qui integritate vitae atque puritate Seraphici Patris verus fuit filius.

1811. Bastiae. — P. Torellus a Puppio per tyrannicas Napoleonis leges in Corsica relegatus.

1856. Arretii. — R. P. Ioseph ab Emporio, in omnibus rectus ac exactissimus.

1870. Pisis. — P. Casimirus ab Apua, cuius vita per diuturnum invictae patientiae exercitium purior et sanctior in dies evasit.

1870. Florentiae. — P. Felix ab Ursigna.

1883. Liciniani. — R. P. Clemens a Gaiole Vicarius, simplicitate et honestate morum laudabilis vir, qui suas obligationes quam diligentissime explere sategit.

1899. Senis. — R. P. Angelus Maria a Seravetia, ob animi imperturbatam serenitatem, vere Pax vocatus, Provincialis a secretis et Guardianus, non mediocris notae Concionator atque magna prudentia, consilio et charitate in excipiendis fidelium confessionibus, qui multos annos in civitatis Nosocomio fratribus Praepositus, ob egregias dotes animos omnium nobilium sibi devinxit. Tandem, fabrica novi Conventus ad perfectionem deducta, relictoque nomine posteritati, meritis plenus ex vita cum omnium lacrymis migravit.

DIE OCTAVA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1627. Volaterris. — Admodum R. P. Ubaldus a Florentia, ex illustrissima Ubaldinorum domo oriundus, qui verbum Dei nuntiavit in virtute, et ita ad perfectionem assidue intendit, ut ab omnibus plurimi factus, persaepe Guardianus et Definitor electus sit. Viri piissimi funeri cives cuncti cum lacrymis justa solverunt.

1630. Colle. — R. P. Hilarius a Pistorio, Guardianus, ex nobili familia Bonaccorsi ortus, qui contagione correptus quievit in Domino.

1634. Senis. — Fr. Onuphrius ab Antris Sancti Laurentii, Laicus bono exemplo et pietate commendabilis.

1648. Lucae. — Fr. Hieronymus a Massa Ducali, Studens.

1695. Florentiae. — Fr. Dominicus a Vellano, Laicus.

1728. Lucae. — P. Cosmas a Barga, qui in Deum intentus dicere poterat; mea conversatio in coelis est.

1742. Ibidem. — Admodum R. P. Benedictus a Vitriana, Concionator et iam in Polonia Generalis Commissarius benemeritus.

1809. Florentiae. — Fr. Felix ab eadem Urbe, Laicus.

1821. Volaterris. — Fr. Guidus a Vinca, item Laicus, qui fideliter usque ab terminum vitae reddidit Domino vota sua.

1892. Florentiae. — P. Bernardus a Trepio, intemerata vita ac animi lenitate praeditus, qui, ingeniosus quum esset, multa perfecisset, nisi ei vita defuisset.

DIE NONA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1605. SANCTI CASSIANI DE BALNEIS. — P. Antonius a Perusia, exemplar Concionatorum, pietatis et doctrinae refertus.
1608. SENIS. — Fr. Desiderius a Radicophano, Laicus.
1623. RADICHOPANI — R. P. Archangelus a Senis, Concionator et pluries Guardianus.
1629. CASTULAE. — P. Petrus Franciscus a Senis, optimus Sacerdos, qui meditari dominicam passionem in deliciis habuit.
1677. FLORENTIAE. — Fr. Cherubinus ab Agro Clusentino, Laicus, qui assidue communem vitam colens, nonagenarius obdormivit in Domino.
1678. SENIS. — Fr. Hieronymus a Monte Varchio, item Laicus.
1697. PLEBE SANCTI STEPHANI. — P. Clemens a Pisis, in Sanctam Eucharistiam amore flagrans.
1786. PISIS. — R. P. Nicolaus a Seravetia, Praedicator et frequenter Guardianus, qui venerabilis senex usque ad extremum vitae regularem observantiam sedulo coluit atque iugiter suis in votis fidelis stetit.
1872. ARRETII. — P. Aloysius a Fucecchio, item Concionator zelo fervens ac simplicitate morum omnibus carus.

DIE DECIMA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1629. Pisis. — Fr. Donatus ab Arretio, Laicus.

1629. Pistorii. — Fr. Prosperus a Pistorio, Laicus, ex nobili Salvatici domo genitus, qui humilitatem sequutus, inter Laicorum coetum cooptari voluit.

1631. Florentiae. — P. Hadrianus a Barga, qui adhuc in studia incumbens charitatis victima, lue infectis auxilium praebens occubuit.

1650. Lucae. — P. Ignatius a Genua.

1651. Liburni. — P. Clemens a Prato.

1658. Florentiae. — Fr. Tiburtius a Laiatico, Laicus.

1675. Liburni. — Fr. Felix ab eadem Civitate, item Laicus.

1688. Cortonae. — R. P. Franciscus a Senis, ex nobilissima Elciorum Comitum prosapia ortus, qui vix novus Concionator ad Triremes Thuscienses operam conferre iussus se totum dedit huic charitatis officio: at adversa valetudine citius ad exitum bene dispositus properavit.

1716. Florentiae. — Admodum R. P. Stephanus a Seravetia, Concionator. virtute atque scientia insignis, qui pluries Guardiani, Lectoris, et Definitoris munia obivit.

1716. Massauae. — R. P. Augustinus a Florentia, Concionator et in Thusciae triremibus Cappellanus.

1745. Pistorii. — R. P. Romualdus ab eadem Urbe, egregius Dei verbi Praeco, et insignis Panegyrici actor, qui citius prolapsus in diuturnum morbum, insigne praebuit patientiae exemplum.

1782. Pisis. — F. Hyppolitus a Sancto Cassiano de Pisis, Laicus.

1788. Senis. — Fr. Seraphinus a Flumine Albo, Laicus.

1798. Liburni. — P. Bonaventura ab eadem Civitate.

1804. Lucae. — P. Seraphinus a Corsagna, de religiosa perfectione sollicitus.

DIE UNDECIMA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1634. Cortonae. — Fr. Ludovicus a Monte Sancti Sabini, Laicus.
1647. Emporii. — P. Ioannes Baptista a Prato, Concionator.
1682. Lucae. — Fr. Bernardus a Novocomo, Laicus qui bono exemplo omnibus praeluxit.
1684. Senis. — P. Nicolaus a Sancto Geminiano.
1704. Item. — R. P. Bernardinus a Fondagno, Concionator, iam in saeculo Sacerdos et politioris humanitatis Magister; fuit etiam in scholasticis disciplinis versatissimus, quas uti Lector nostris iuvenibus multo profectu tradidit; item Guardianus prudens et iugiter in humilitate et summa conscientiae integritate incessit.
1732. Ibidem. — Fr. Martinus a Fighino, Laicus, cujus charitas multum laudatur in curandis aegrotis in valetudinario degentibus.
1743. Pisis. — Fr. Bernardus a Massa, item Laicus.
1775. Florentiae. — Fr. Felix a Cortona, et ipse Laicus bonitate et devotione admirabilis, qui fideli diligentia ministeria sua curavit implere.
1787. Item. — P. Philippus Maria a Sancto Cassiano, qui regulari observantiae constanter insistens modum docuit dies agendi plenos meritorum.
1840. Ibidem. — P. Franciscus M.a ab eadem Civitate, pari exemplaritate et bonitate donatus.
1892. Arretii. — R. P. Philippus a Fornaculis, qui magno cum animarum profectu sacram praedicationem peregit, frequenterque Guardiani munus obivit omni vigilantia, prudentia et charitate.
1893. Senis. — Fr. Laurentinus ab Arretio, studens, qui in indolem naturaliter pacificam inseruerat magnam morum suavitatem, docilitatem, obedientiam.

DIE DECIMA SECUNDA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1586. Senis. — Fr. Octavius a Volaterris, Laicus.

1608. Liburni. — Fr. Bonitius a Monte Politiano, item Laicus, infirmorum curator.

1622. Cortonae. — P. Fulgentius a Torciliano.

1648. Emporii. — Fr. Paulus a Litiano, Clericus.

1674. Pistorii. — Fr. Illuminatus a Liburno, recta voluntate Laicus, nec non praestanti ingenio, et dum Valetudinarii curam haberet, in aegrotos multum misericors, sagax, fidelis et comis.

1699. Lucae. — P. Carolus ab eadem Civitate.

1700. Ibidem. — P. Ioseph a Massa Ducali, Concionator, in Theologicis, quae ad mores pertinent, disciplinis versatissimus, et quas suorum actuum normam habuit constantem.

1810. Florentiae. — P. Franciscus M.a a Litiano, Praedicator, qui aegrotans e conventu exire compulsus decreto dispersionis, vix cum ad temporaneum hospitium pervenisset, ad meliorem vitam feliciter migravit.

1840. Radicophani. — Fr. Ioseph a Plebe ad Reschum, Laicus, qui odivit iniquitatem et omnes virtutes dilexit, maxime obedientiam, pietatem et in labore fidelitatem.

1841. Florentiae. — P. Zenobius ab eadem Civitate.

DIE DECIMA TERTIA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1649. SENIS. — P. Nicolaus a Volaterris, ortus ex nobili familia Lisci, qui intemeratam vitam pia morte complevit.

1721. FLORENTIAE. — R. P. Eugenius ab eadem Civitate, Praedicator et Vicarius, praecipue ob monasticae vitae observantiam celebrandus.

1724. IBIDEM. — R. P. Dominicus a Florentia, item Praedicator et frequenter Guardianus.

1725. PISTORII. — P. Alexander ab eadem Civitate, boni ac simplicis moris Religiosus, qui diuturnam caecitatem tulit multa patientia.

1765. FLORENTIAE. — R. P. Franciscus M.a ab Impruneta, Concionator, saepe Guardianus, cui recta fuit gubernandi ratio et summa in negotiis peragendis dexteritas.

1766. RADICOPHANI. — Fr. Ioannes Baptista ab Anglario, Laicus, qui tempus, quod officio supererat, coram Eucharistia impendebat.

1772. MASSAE. — Fr. Bernardus a Seravetia, item Laicus in cultu Virginis Deiparae, quam suam matrem dicebat, singularis.

1810. LIBURNI. — Fr. Sebastianus a Prato, pariter Laicus humilis et obediens.

1868. PISTORII. — R. P. Ferdinandus a Florentia, Concionator et Missionarius Apostolicus, ferventis atque sanctae vitae Religiosus.

1878. FLORENTIAE. — Fr. Bruno a Vajano, Laicus.

1893. IBIDEM — P. Zephirinus a Pitelio, iuvenis Concionator, qui ardenti voluntate in animarum salutem incensus, multos et copiosos in vinea Domini collegisset virtutum fructus, nisi insanabili morbo translatus esset ad tumulum.

DIE DECIMA QUARTA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1591. Senis. — Fr. Onuphrius ab Anglario, Laicus.
1608. Arcidossi. — Fr. Bonifacius a Cortona, item Laicus.
1623. Lucae. — P. Angelus ab eadem Civitate.
1631. Volaterris. — Fr. Victorius ab eadem Urbe, Laicus singularis prorsus bonitatis, qui pestis tempore operam suam praestando infectis, suae charitatis praemium in hoc officio accepit.
1653. Lucae. — P. Laurentius a Pisis.
1703. Arretii. — P. Sebastianus a Liburno, Concionator.
1723. Lucae. — R. P. Albertus ab eadem Civitate, item Concionator, qui et summa utilitate fideles populos affecit et laudabili exemplo cum Religiosis diversatus est.
1772. Arretii. — Admodum R. P. Seraphinus a Pistorio, Concionator, saepe Guardianus atque iam in Insula Melita Commissarius Generalis: quae munia magna explevit prudentia.
1816. In Regno Congi. — R. P. Antonius Franciscus item a Pistorio, pariter Concionator et Missionarius Apostolicus, qui multo zelo ditatus multa fecit, sed plurima perfecisset, nisi ei vita defuisset.
1891. Mossurii. — Rmus atque Eccellentissimus Dominus P. Michaelangelus Iacopi a Seravetia, primus Agrae in India Archiepiscopus, qui zelo et invicto labore in illa missione tanta edidit opera, ut de ea summe benemeritus dici possit.

DIE DECIMA QUINTA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1610. Senis. — P. Theophilus a Scruphiano.

1611. Arcidossi. — Fr. Humilis a Gaville, Laicus.

1615. Montevarchio. — P. Paulus a Florentia, Concionator, ex nobilissima familia Del Rena progenitus, qui, quamvis in brevi consummatus, tamen in altioris perfectionis studio assidue se exercuit.

1628. Liburni. — Fr. Paulus a Berceto, Clericus.

1680. Florentiae. — R. P. Andreas a Seravetia, Concionator fidelis et frequenter Guardianus, qui amore ferventi regularem observantiam prosecutus est.

1761. Ibidem. — P. Michael Angelus a Ponte Aerae.

1783. Lucae. — Fr. Valentinus a Sorana, Laicus vitae integritate et prudentia praestans.

1824. Senis. — P. Laurentius a Castro Plani, qui vix Religionem ingressus, ascensiones in corde suo disposuit et in virtutum exercitio, orationis regularisque observantiae assiduitate maiores perfectionis gradus adipisci iugiter contendit.

1877. Florentiae. — P. Fidelis ab eadem Civitate, Concionator, qui magna animarum utilitate hoc ministerium Verbi implevit, sed brevi in diuturnum incidit morbum, quem invicta patientia ferens, se virtutibus multis locupletavit ad aeternam vitam.

DIE DECIMA SEXTA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1593. Florentiae. — Fr. Mansuetus a Prato, Laicus sibi austerus; sed aliis benignus.

1610. Castulae. — Fr. Hilarius item a Prato, Clericus ingenuus et pius.

1611. Pisis. — Fr. Martinus a Sancto Joanne ad Venam, Laicus humilitate et obedientia praeclarus.

1623. Senis. — P. Cyrillus a Florentia, prae modestia et ardenti in Deum amore laudatus.

1654. Ibidem. — P. Ioannes a Sancto Quirico, qui poetico praeditus ingenio, elegantia de Jesu Crucifixo carmina deque aliis argumentis vernacula lingua composuit, et damnum lucis ademptae patientissime tulit.

1686. Lucae. — P. Ioseph Maria ab Apua, qui studiis et devotioni intentus, ex amore veritatis, ab omni prorsus mendacio abhorruit.

1805. Pisis. — Fr. Philippus a Seravetia, Laicus, qui religiosa fidelitate obedientiae officia executioni mandavit.

1822. Arretii. — P. Petrus a Monteminneario; qui, licet octogenarius, assiduam sacrae Praedicationi dans operam fideliter Deo famulatus est, se praebens in omnibus maximi consilii virum et ducem animarum tutissimum.

DIE DECIMA SEPTIMA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1580. Senis. — Fr. Antonius a Clanciano, qui, quamvis in humili Laicorum coetu constitutus; tamen ob eius magnam bonitatem et prudentiam honorificentiora munia obivit.

1609. Arcidossi. — Fr. Bernardus a Valle Ambrae, item Laicus, qui per custodiam silentii regularis ad perfectionem cucurrit.

1623. Senis. — P. Bernardinus a Terra Nova, in muniis sacerdotatibus obeundis diligentissimus.

1775. Liburni. — P. Ioachim ab Ianua, multis meritis per obedientiam, a qua omnino pendebat, cumulatus.

1790. Monte Varchio. — R. P. Iustinus a Piscia, Concionator, sui aevi inter primos adscriptus.

1825. In Regno Tibethi. — Reverendissimus ac Eccellentissimus Dominus P. Zenobius Benucci a Florentia, Episcopus titularis Kemacensis, iam in Africa Praefectus Apostolicus et Tibethanae missionis Delegatus. Praeclarae eius virtutes nec non sapientiae et prudentiae dona jam in Tusciensi fulsere Provincia, quum ipse Philosophiae et Theologiae cathedram ascenderet: sed magis cum magno zelo animarum salutis sociatae in illis regionibus longe lateque emicuerunt.

1828. Florentiae. — P. Aegidius a Serripoli, magna in proximum charitate, simplicitate morum et pietate exornatus.

1867. Ibidem. — Fr. Christophanus a Calcinaria, Laicus.

1870. Item Florentiae. — P. Joannes ab Arretio, pius, pauper et humilis.

DIE DECIMA OCTAVA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1631. PLEBE SANCTI STEPHANI. — Fr. Ioseph a Barga, Clericus magni spiritus et charitatis ferventis, qui sponte lue infectis deservire petiit et post tridum in huius pietatis officio decessit. Signum integritatis fertur apparuisse super tumulum eius flos mirae pulchritudinis.

1631. FIGHINI. — R. P. Angelus a Florentia, egregius Evangelii Praeco et Guardianus, qui eodem charitatis spiritu motus et eadem causa piam mortem oppetiit migraturus ad Dominum.

1634. FLORENTIAE. — P. Cornelius ab eadem Civitate, venerabilis senex, qui in omnimodae virtutis et pietatis exercitio vitam complevit.

1683. LUCAE. — Fr. Isidorus a Florentia, Laicus.

1690. PECCIOLI. — Fr. Iuniperus a Pisis, item Laicus, admirabili prorsus patientia praeditus, et plenus sapientiae, qua Domino Deo suo nexibus charitatis magis ac magis uniri sategit.

1700. MONTE SANCTI SABINI. — Fr. Marcellinus a Monte Varchio, pariter Laicus intemeratae virtutis constantia in primis laudandus.

1729. SENIS. — R. P. Galganus a Senis, Concionator et Lector, ex nobili familia Rocchi oriundus, qui sapientia, eruditione et virtute decorem attulit Religioni.

1748. LIBURNI. — R. P. Antonius a Faulia, Concionator.

1752. LUCAE. — P. Gabriel a Pecciolo, studiis adhuc addictus.

1858. FLORENTIAE. — Fr. Felix, item a Pecciolo, Laicus.

1858. SENIS. — R. P. Antonius a Sancta Flora, benemeritus Sacerdos, qui pluries et laudabiliter munus Guardiani obivit, atque iugiter integram duxit religiosam vitam.

1897. SANCTI GEMINIANI. — R. P. Alexander a Barberino Elsae, Concionator atque iuventutis nostrae Institutor, fraternae pacis regularisque observantiae amator et cultor.

DIE DECIMA NONA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1624. SENIS. — R. P. Accursius ab Urciano, humilitatis, charitatis, prudentiae, aliarumque virtutum sectator fidelis: ex quo factum est ut munus a Secretis, Guardiani et diu Magistri Novitiorum optimi, in Provinciae utilitatem et summis meritis pro aeterna vita sibi comparatis, exercuerit.

1654. FLORENTIAE. — Fr. Franciscus a Puppio, in pauperes charitatis plenus.

1676. IBIDEM. — P. Vincentius a Flaviano, in excipiendis fidelium confessionibus assiduus.

1677. LUCAE. — Fr. Hadrianus a Palatiolo, Laicus.

1689. MUTILI. — F. Leonardus a Cozzile, item Laicus.

1737. PISIS. — P. Antonius ab eadem Civitate, ex Raù nobili Familia ortus: sed nobilior pietate iu Deum et in proximos charitate.

1790. SENIS. — P. Franciscus M.ª a Castro-Florentino, qui, habitu religioso suscepto, per aliquod tempus, remissiorem egit vitam, sed opportune correptus et correctus, perseverans in bono exemplo, annos perditos cum lucro redemit.

1796. FLORENTIAE. — P. Ioseph M.a a Pisis, qui ea puritate vixit, ut semper mori paratus fuerit.

1844. LIBURNI. — R. P. Archangelus a Piscia, Concionator, ex nobili familia Mey ortus, qui postquam Secretarii, Guardiani atque in Triremibus Cappellani munus obierit maxima perspicacia zelo et prudentia; dein Ligurnensis Paraeciae Sanctissimae Trinitatis electus Curio optime de ea est meritus, donec ab omnibus parentatus, annis et meritis cumulatus ad coelestia regna migravit.

DIE VIGESIMA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1648. Senis. — P. Ioannes Baptista a Florentia, non tam Sirorum genere clarus, quam humilitate et orationibus pro hominum salute ad Deum profusis.

1657. Ponte Aerae. — Fr. Marius a Pistorio, Laicus.

1689. Liburni. — Fr. Iacobus a Podio Imperiali Laicus, per exercitium praesentiae Dei in propriam sanctificationem incumbens.

1699. Arretii. — R. P. Carolus a Luca, Concionator, qui ex nobilissima Boccella domo ortus et amplissimo sacro militari Ordini equestri Melitensi adscriptus, spretis honoribus, nostro Instituto nomen dedit, eum in finem, ut omnium virtutum perfectionem adipisceretur: quod et feliciter evenit: nam ultra octogenarius sanctissime vixit et obiit.

1700. Volaterris. — R. P. Ioannes ab eadem Civitate, item Praedicator et saepe Superior probus et prudens.

1744. Emporii. — R. P. Bartholomaeus a Cirelio, Concionator.

1748. Florentiae. — R. P. Dominicus Maria a Pisis, pariter Concionator eximius, iam ad multos annos Lector et Pisis tunc temporis Guardianus, qui ex Nobili Familia Zucchetti ortus, nobilitate generis et integritate vitae Religionem illustravit.

1783. Lucae. — Fr. Seraphinus a Puppio, Laicus, religiosae bonitatis et devotionis cultor nec non fidelis in Superiorum iussis faciendis.

1796. Florentiae. — Fr. Stephanus a Signa, item Laicus, qui pariter obligationes suas diligenter absolvit.

DIE VIGESIMA PRIMA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1635. Lucae. — Fr. Valentinus a Montesummano, Laicus.

1658. Monte Politiano. — Fr. Ioseph a Cortona, pariter Laicus, miro virtutum exemplo et sanctitate clarus.

1666. Lucae. — R. P. Clemens a Pisis, Concionator et Guardianus, qui non tam fortiter, quam suaviter gubernans subditorum sibi conciliavit amorem.

1696. Florentiae. — P. Fidelis ab eadem Civitate, ex nobili Familia Salvetti natus, qui, quum ut copiarum Chiliarchus pro Imperatore strenue dimicasset, ad Ordinem nostrum se recepit et vitam agens cum Christo absconditam, quaecumque bona sequutus, in omnium virtutum exercitio Domino deserviit.

1740. Tiphlis. — R. P. Franciscus a Castellina Evangelii Praeco et in Georgia Missionarius Apostolicus. Huius viri virtutes omni dignae sunt laude; maxime zelum et sollicitudo pro animarum salute, invictaque ad verbera et necem usque constantia pro iuribus et immunitatibus Romanae Ecclesiae contra schismaticos asserendis et vindicandis.

1759. Pisis. — P. Philippus M.a ab eadem Civitate, egregius Concionator et Generalis a Secretis sapiens, prudens, pius ac timens Deum.

1764. Florentiae. — R. P. Ludovicus a Sancto Petro ad Sevium, item eximius et fervens verbi Dei Praeco.

1767. Montevarchio. — P. Gabriel a Medicina, pariter Concionator et charitatis victima tempore pestis.

1769. Senis. — Fr. Felix Maria ab eadem Civitate, Laicus obediens et cuique operis sui indigenti libenter inserviens.

1797. Florentiae. — R. P. Ioseph a Montevarchio, praeclarus verbi Dei Praeco et frequenter Guardianus, regularis observantiae amator et tandem per annos plurimos patientiae exemplar in infirmitate.

1870. Ibidem. — R. P. Bernardinus a Liburno, habilis Provincialis Secretarius et non semel Guardianus optimus.

1878. Emporii. — R. P. Andreas item a Liburno, Concionator et Guardiani munere frequenter et laudabiliter functus: erat enim affabilis, benignus et prudens.

DIE VIGESIMA SECUNDA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1666. Florentiae. — Fr. Octavianus a Volaterris Clericus, cuius praecipua virtus, obedientia.

1668. Ibidem. — R. P. Ludovicus a Florentia, disertus verbi Dei Praeco et persaepe Guardianus in regulari disciplina promovenda ferventi zelo donatus: ita etiam praeclare excoluit caeteras religiosas virtutes, ut cum fama sanctitatis obierit.

1677. Lucae. — Fr. Paulinus ab eadem Civitate, Laicus virtutibus et charitate praesertim decorus.

1724. Pisis. — Fr. Antonius Franciscus a Sancto Miniate item Laicus, de sua perfectione sollicitus.

1740. Romae. — R.mus P. Petrus Maria a Luca, Concionator, Definitor et Procurator Generalis: vir doctrina et magis sanctimonia insignis; quae signis extraordinariis palam venit in os et in oculos omnium civium, exequias ducentium servi Dei et sanctum conclamantium.

1771. Radicophani. — Fr. Marianus a Sovagio, Laicus studiosus orationis et in Religiosorum commodum solertissimus ac fidelis hortorum cultor.

1774. Arretii. — P. Bernardinus a Volaterris, Praedicator, magnae pietatis Religiosus.

1785. Senis. — P. Felix ab Arcidosso, item Praedicator.

1886. Florentiae. — Fr. Bernardus a Faltona, Laicus qui in humilitate et obedientia Domino deservivit.

DIE VIGESIMA SECUNDA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1666. Florentiae. — Fr. Octavianus a Volaterris Clericus, cuius praecipua virtus, obedientia.

1668. Ibidem. — R. P. Ludovicus a Florentia, disertus verbi Dei Praeco et persaepe Guardianus in regulari disciplina promovenda ferventi zelo donatus: ita etiam praeclare excoluit caeteras religiosas virtutes, ut cum fama sanctitatis obierit.

1677. Lucae. — Fr. Paulinus ab eadem Civitate, Laicus virtutibus et charitate praesertim decorus.

1724. Pisis. — Fr. Antonius Franciscus a Sancto Miniate item Laicus, de sua perfectione sollicitus.

1740. Romae. — R.mus P. Petrus Maria a Luca, Concionator, Definitor et Procurator Generalis: vir doctrina et magis sanctimonia insignis; quae signis extraordinariis palam venit in os et in oculos omnium civium, exequias ducentium servi Dei et sanctum conclamantium.

1771. Radicophani. — Fr. Marianus a Sovagio, Laicus studiosus orationis et in Religiosorum commodum solertissimus ac fidelis hortorum cultor.

1774. Arretii. — P. Bernardinus a Volaterris, Praedicator, magnae pietatis Religiosus.

1785. Senis. — P. Felix ab Arcidosso, item Praedicator.

1886. Florentiae. — Fr. Bernardus a Faltona, Laicus qui in humilitate et obedientia Domino deservivit.

DIE VIGESIMA TERTIA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1633. Pisis. — P. Alexander a Senis, ex nobili familia Cinughi, Concionator, cuius charitas praecipue pestis tempore ita exarsit, ut libenter animam deposuerit pro fratribus suis.

1679. Liciniani. — Fr. Seraphinus ab Agro Clusino, Laicus vita exemplari ac devotione laudabilis.

1684. Pisis. — Fr. Ioseph a Florentia, item Laicus humilis ed laboriosus.

1684. Arretii. — R. P. Ioseph a Marciano, Vicarius, sedulus observantiae regularis custos.

1693. Florentiae. — Fr. Iuniperus ab eadem Civitate, Laicus.

1694. Urbini. — Fr. Ioannes Mª. a Clanciano item Laicus, multae charitatis refertus et Provincialis socius.

1745. Pisis. — R. P. Michael a Carraria, Concionator religiosa affabilitate et rectissimo exemplo omnibus carus, qui interdum Guardiani munere fungens, vitam communem et regularem observantiam sedulo custodivit.

1762. Florentiae. — Fr. Dominicus a Valle Marinae Laicus magna elucens bonitate et devotione, maxime erga Beatissimam Virginem Deiparam.

1865. Pisis. — Fr. Theodorus ab Apua, item Laicus, non minori bonitate, pietate ac diligentia ditatus.

1874. Florentiae. — R. P. Iacobus ab Egilio, Praeco verbi Dei et iam Guardianus, qui sortitus indolem bonam, divina favente gratia, in omnibus operibus suis placuit Deo et hominibus.

DIE VIGESIMA QUARTA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1609. MONTE ACUTO. — P. Basilius a Florentia, qui in deliciis habuit pati et contemni pro Christo.

1623. EMPORII. — P. Aegidius item a Florentia, qui Dei amore succensus voluisset ad eundem omnium animos inflammare.

1627. PRATI. — P. Ioachim a Clanciano, Sacerdos probatissimus et charitatis in pauperes et infirmos omnino plenus, quos in visceribus Christi diligebat.

1647. SENIS. — R. P. Damasus ab Arcidosso Collensis Caenobii Guardianus.

1658. ARRETII. — Fr. Damianus a Campomajori, Clericus litteris et pietati addictissimus.

1663. SENIS. — Fr. Thomas a Castula, Laicus venerandus aetate: sed magis intemeratae vitae consuetudine.

1870. FLORENTIAE. — P. Joachim ab Apua, prae eximiis mentis dotibus et sanctitate vitae apud omnes in aestimatione et dilectione habitus.

1891. ITEM. — R. P. Ioseph a Sancto Pancratio, Concionator piissimus et sancta vita, qui, licet senio confectus nunquam vitam communem intermisit, et sive in praedicationibus peragendis, sive in confessionibus audiendis, multum in salutem animarum adlaboravit, legis praecepta optimo exemplo confirmans.

DIE VIGESIMA QUINTA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1632. Arretii. — Fr. Hyacinthus a Pistorio, ex nobili genere Marchetti Clericus valde pius.

1650. Romae. — P. Franciscus a Fighino, verbi Dei Praeco.

1681. Lucae. — Fr. Aegidius a Plebe Sancti Stephani, Laicus singulari in Eucharistiam amore affectus.

1688. Senis. — Fr. Ioannes Baptista a Sancto Cassiano, item Laicus, qui religioso spiritu repletus in omnibus tranquillo constitit animo.

1692. Arretii. — Fr. Vincentius a Senis, bonus pariter Laicus, qui mitis corde omnia demisse et patienter tulit.

1693. Radicophani. — Fr. Michaelangelus a Taurino, devotissimus Clericus, qui consummatus in brevi religiosam vitam explevit pientissimo transitu.

1699. Lucae. — Fr. Aegidius M.a a Monte Ilcino, Laicus, de Domini Passione fari libenter audiens.

1769. Senis. — R. P. Ioseph ab eadem Civitate, Praedicator.

1777. Florentiae. — P. Ciprianus a Litiano, integer vitae atque heroicae patientiae exercitio probatus.

1879. Ibidem. — Fr. Modestus a Mutilo, Laicus, qui virtutes impense coluit, praesertim divinas dispositiones in amissione luminis oculorum, quam per annos viginti sine questu et patientissime tulit.

1891. Arcidossi. — Fr. Romulus a Plebe ad Reschum, item Laicus laboribus addictus et multa animi simplicitate et devotione laudandus.

DIE VIGESIMA SEXTA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1636. PLEBE SANCTI STEPHANI. — Fr. Ioseph a Plebe ad Fosinam, Clericus.

1675. LUCAE. — P. Marius a Luliano, vir maximo spiritu perfectionis ditatus, ac in omnium virtutum acquisitione summopere versatus, qui tantum in exercitio humilitatis, austeritatis, et studio orationis excelluit, ut merito, apud omnes venerandus, cum fama eximiae sanctitatis obiverit.

1687. SENIS. — Fr. Romulus ab Incisa, Laicus simplicitate morum atque innocentia celebrandus.

1688. LUCAE. – Fr. Marius a Monte Sancti Sabini, item Laicus, vir omnium virtutum genere praeditus et per invictae patientiae exercitium tentatus.

1700. VOLATERRIS. — R. P. Dominicus a Luca, Concionator et Lector, qui scientiam cum integritate morum atque humanitate sociavit, viri probatissimi apud omnes jure meritoque nomen adeptus.

1723. PISIS. — P. Stephanus a Campomajori.

1746. FLORENTIAE. — Fr. Aegidius a Lamporechio, Laicus, qui brevi vivens tempore longum peregit perfectionis iter.

1755. LUCAE. — P. Romualdus ab Emporio.

1796. FLORENTIAE. — R. P. Leopoldus a Liburno, Concionator, bonum operandi sibi proximisque studiosus.

1895. PRATI. — Admodum R. P. Gregorius a Pistorio, Praedicator et Provincialis Minister; qui etiam, sive ut Iuventutis Institutor et Lector, sive ut Guardianus et Definitor plenam sanctis operibus et virtutibus duxit vitam, apoplexiae morbo, ex tempore, in sacra visitatione peremptam.

DIE VIGESIMA SEPTIMA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1645. Florentiae. — Fr. Bernardinus a Prato, Clericus.

1687. Senis. — P. Laurentius a Burgo Sancti Laurentii, verus seraphici Patris filius, cuius vestigia per humilitatis et paupertatis semitas est fideliter secutus.

1752. Lucae. — Fr. Petrus a Mediolano, Laicus obedientia et charitate singularis.

1753. Florentiae. — Fr. Vincentius Maria, vulgo a Campi, item Laicus abstinentiae et orationis spiritu repletus.

1802. Ibidem. — P. Octavianus a Pistorio, cui prae caeteris inerat virtus Jesu Christi patientis et morientis recolendi.

1807. Item. — P. Ioannes Maria a Florentia, qui pietatem coluit et Coenobii solitudinem ardenter adamavit.

1842. Ibidem. — Fr. Andreas a Mutilo, Laicus animabus in Purgatorio degentibus suffragandi maxime sollicitus.

1872. Monte Politiano. — Fr. Maurus a Sancto Mauro, item Laicus, qui dum in sua sana mente stetit, per bonus ac exemplaris extitit: at phrenesi correptus funesto casu obiit.

1882. Burgi S. Laurentii. — Fr. Franciscus a Monte Gontio, similiter Laicus, amabili simplicitate donatus et valde deditus labori: etiam longaevo fuit illi ardens in regularem observantiam affectus.

1883. Florentiae. — Fr. Marinus a Decumano, et ipse Laicus, pari devotione et religioso exemplo excellens, paupertatis amator atque aliis votis Domino reddendis fidelissimus.

DIE VIGESIMA OCTAVA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1653. SENIS. — Fr. Aegidius a Monte Ilcino, Laicus.

1660. PISTORII. — R. P. Desiderius ab eadem Civitate, Concionator, qui nobilitate generis Peraccini clarus, scientia etiam et omnimoda virtute illuxit.

1661. PISIS. — P. Bartholomaeus ab eadem Urbe, qui quietam et tranquillam egit vitam in pietate, in castitate, in gravitate.

1697. SENIS. — P. Dionysius ab eadem Civitate, studens, ex illustri domo Della Ciaia ortum ducens qui, quoad vixit, conspicuam pietatem et ingenuam cordis simplicitatem ostendit.

1735. LIBURNI. — P. Iuniperus a Strada.

1742. FLORENTIAE. — R. P. Thomas a S. Geminiano, verbi Dei Praeco, qui bonam militiam militavit pro Christo.

1767. SENIS. — R. P. Ubaldus ab eadem Civitate, item Concionator.

1775. FLORENTIAE. — Fr. Franciscus Antonius a Sancto Miniatello, Laicus, qui docilem et devotam praebens vivendi rationem, et comi conversatione utens, fuit omnibus acceptus.

1781. MONTE POLITIANO. — Fr. Franciscus a Radicophano, item Laicus orationis, mortificationis aliarumque religiosarum virtutum studiosissimus.

1785. FLORENTIAE. — P. Bernardus a Peretula, Concionator piissimus et mira in adversis patientia insignis.

1809. S. QUIRICI. — P. Ioseph Maria a Ponsacco, qui, licet juvenis, aetatem praesetulit senectutis, vitam immaculatam.

DIE VIGESIMA NONA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1596. FLORENTIAE. — P. Hilarius a Pistorio, qui ambulavit iter rectum et pervenit ad habitaculum sanctum Domini.

1624. LUCAE. — P. Ioannes Baptista a Florentia, Praedicator, ex nobilissima Familia Vettori oriundus, qui terrena abiiciens, egenus cum Christo factus est, ut potiretur caelestium.

1631. LIBURNI. — Fr. Bartholomaeus a Cortona, Laicus sibi austerus: sed aliis officiosus.

1673. PLUMBINI. — P. Marianus a Liburno, apud omnes et Fratres et saeculares nomen viri piissimi adeptus et rem.

1674. SENIS. — R. P. Victorius ab eadem Civitate, Concionator et iam Guardianus, qui ex nobili Fortini domo ad Capulatam familiam convolans, excelluit scientia, sed magis humilitate, quam impense coluit.

1690. PAPIAE. — Fr. Andreas a Volaterris, Laicus cuiusdam Patris nostri Concionatoris socius.

1734. MONTE VARCHIO. — Fr. Sixtus a Cuna, item Laicus, qui de hoste maligno per obedientiam triumphavit.

1737. SENIS. — Fr. Hilarion item a Cuna, qui corpus castigatione in servitutem spiritus redigebat, ut Domino famularetur.

1784. TURRICULI. — Fr. Hieronymus a Vellano, pariter Laicus, cui multae fuere virtutes: sed in eo maxime fulsere amor paupertatis et puritas illibata.

DIE TRIGESIMA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1605. TURRICULI. — R. P. Franciscus a Florentia, qui in Puppii coenobio Guardianus extitit primus.

1644. MANTUAE. — Admodum R. P. Vincentius a Pistorio, celeberrimus Concionator, ortus ex nobili familia Bracciolini; qui ad multos annos Lector, Guardianus ac Definitor, Provincialis dein Minister et Generalis Visitator renuntiatus multa perfecit in Provinciae et Ordinis incrementum, ut tandem aliquando Domino frueretur, magna mercede sua.

1647. SENIS. — P. Paulinus a Vernio Lucensi, studens.

1692. PISTORII. — R. P. Antonius M.a a Monte Politiano, Concionator, qui ex illustri Tarugiorum familia ortum ducens, relicta canonicali dignitate, inter nos ferventer conversatus, magna animarum utilitate diu de divinis rebus ad populos sermones habuit et pluries Guardianus extitit vigilantissimus.

1773. IBIDEM. — Fr. Felix ab eadem Urbe, Laicus.

1870. FLORENTIAE — Admodum R. P. Placidus a Prato, Concionator, iam prudens Provincialis a Secretis, optimus Novitiorum Magister, Guardianus et Definitor, qui seraphico spiritu dives, virtutum perfectionem aggressus, nunquam ab ea defecit omnibus diebus vitae suae.

1880. PISTORII. — Admodum R. P. Cherubinus a Seravetia, Concionator et Missionarius Apostolicus, qui subtili ingenio ac tenaci memoria ditatus, et in Sacrae Scripturae exegesi optime versatus, ea feliciter usus est ad refellendos haereticorum errores, quorum suis temporibus, concionibus et opellis vulgatis, malleus cedere nescius.

1883. FLORENTIAE. — Fr. Felix a Monte Murlo, Laicus pius, laboriosus, irreprehensus.

DIE TRIGESIMA PRIMA OCTOBRIS

DEFUNCTI SUNT

1598. Senis. — Fr. Ioannes Baptista a Carpheroniana, Clericus in Virginem Deiparam piissimus.

1610. Prati. — Fr. Vitalis a Montevarchio, Laicus qui nunquam visus fuit otiosus: sed totum suum tempus insumpsit in labore et piis meditationibus.

1615. In Sicilia. — P. Clemens a Pisis.

1649. Pisis. — P. Silvester a Corsagna, jam in Saeculo Sacerdos, qui quasi praesagus finis suae, quatuor, quos vixit, Religionis annis sancte transactis, desiit esse advena et peregrinus in terra.

1711. Senis. — Fr. Nicolaus a Monticulo, Laicus Valetudinarii Custos permulta charitate succensus.

1720. Liburni. — Fr. Franciscus a Florentia, item Laicus, cuius obedientia tanta erat, ut in omnibus ex nutu Superiorum penderet.

1727. Florentiae. — P. Angelus a Fucechio, qui nomen, quod gerebat, probavit firmavitque moribus illibatis.

1741. Liburni. — Fr. Cherubinus a Mugello, Laicus, cuius probitas et fidelitas in officiis sibi commissis obeundis laudatur maxime.

1803. Lucae. — P. Hyacinthus, a Guamo, cuius manus vere plenae hyacinthis, idest operibus sanctis.

1837. Arretii. — Fr. Raynerius a Biturgia, Laicus, cui singulare fuit animus in pauperes misericors.

1862. Senis. — P. Marcellinus a Liburno, eximia in Dei cultu pietate commendabilis.

1877. Florentiae. — Fr. Mansuetus a Prato, Laicus tot ornatus virtutibus, tantaque modestia, ut omnes eum studio prosequerentur unanimes.

1902. Ibidem. — Admodum Rev. P. Aemilius a Labrone, qui vocem Domini secutus prompto et hilari animo mundana oblectamenta relinquens Religioni se addixit, in virtute et scientia ita profecit ut ferme ad omnia munia obeunda videretur expertus; et revera Provincialis Ministri munere adepto, fortiter suaviterque se gessit et decorem Ordinis promovit.

DIE PRIMA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1698. LUCAE. — P. Ioannes Franciscus ab eadem Civitate, qui de Burlamacchiorum perillustri genitus stirpe, postquam Rempublicam sapienter gessit, inter nostros enumeratus est: segregatus autem et a saeculo alienus in omnimodae virtutis exercitio exemplarissimus vixit et pientissime obiit.

1742. FLORENTIAE. — Fr. Antonius Felix a Colle, Clericus studiosus: qui nobiscum brevi quamvis vixerit tempore; tamen praeclarum modestiae ac patientiae specimen dedit.

1786. LUCAE. — Fr. Silvester a Villa Basilica, Laicus exemplaris Religiosus, cuius vita fuit perenne studium virtutis.

1814. FLORENTIAE. — R. P. Placidus a Piscia, Concionator et frequenter Guardianus, qui regularem observantiam adamavit, et ob eximias multasque virtutes, praecipue insignem patientiam Deo et hominibus carus fuit.

1859. IBIDEM. — Fr. Antonius a Pistorio, Laicus mansuetus et obediens.

1874. PISTORII. — Fr. Pontianus ab eadem Civitate, item Laicus, qui probus Religiosus extitit, serviens per annos plurimos confratres aegrotos, multa charitate et non minori peritia.

1889. MONTE CASALI. — R. P. Bernardinus a Gabiniana, Concionator et illius loci Praeses, mitis ac modestus, qui religiosam disciplinam, sanctam orationem et solitudinem maxime coluit.

DIE SECUNDA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1600. PISTORII. — Fr. Benedictus ab eadem Civitate, Laicus humilitate et pietate venerandus.

1602, FIGHINI. — P. Ioannes Baptista a Prato.

1634. EMPORII. — R. P. Alexander a Pistorio, qui, natus ex Arfaroli nobili familia, ob egregias animi dotes, bonitatem, prudentiamque suam frequenter Guardianus renuntiatus est.

1676. FLORENTIAE. — P. Franciscus a Senis, qui scutum timoris Dei contra omnes adversarios tandiu infatigabilis tenuit, donec ad victoriam perveniret.

1710. SENIS. — Admodum R. P. Felix ab eadem Civitate, Concionator, Definitor et Guardianus, Magister novitiorum et Provincialis Minister. De Mignanelli nobilissima stirpe oriundus, in Religione summa integritate vixit, cunctarum virtutum omnibus praebens exemplum: sed pietate, prudentia, moderatione unus omnium maxime floruit.

1758. IBIDEM. — Fr. Pius a Senis, Laicus, qui probitate et fidelitate Religionis decorem auxit.

1763. ARRETII. — R. P. Bonaventura ab eadem Civitate, Concionator et pluries optimus zelo Guardianus.

1784. PRATI. — R. P. Franciscus a Prato, Concionator et saepe saepius Guardianus, qui irreprehensibilis semper fuit et plurimis virtutibus ornatus, nec non in excipiendis poenitentium confessionibus magnae charitatis refertus.

1857. FLORENTIAE. — P. Basilius a Puppio, studens.

DIE TERTIA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1606. Pisis. — Fr. Donatus a Pecciolo, Laicus.

1610. Montevarchio. — P. Matthaeus ab eodem Loco, qui vitam duxit caelestibus divitiis et aeternis mercibus plenam.

1611. Monte Sancti Sabini. — P. Petrus a Florentia, pacis studium habens, et sanctae devotionis affectum.

1616. Volaterris. — Fr. Franciscus a Ripomarancio, Laicus, magnae austeritatis et orationis senex, amoris erga Deum et charitatis erga proximum plenus.

1644. Lucae. — Fr. Angelus a Vernio Lucensi, Laicus.

1644. Ibidem. — Fr. Dionysius a Florentia, item Laicus, optimo ingenio praeditus in arte structoris: sed magis perfecti Religiosi, humilitatem servantis, paupertatem et pacem.

1719. Arcidossi. — P. Franciscus a Castro Plani, Concionator, qui castitate, abstinentia et blandimentis praeditus lenitatis, audientium in Deum provocavit affectum.

1752. Arretii. — Fr. Laurentius a Monte S. Sabini, Laicus sanctis moribus, quos oratione et labore fovit, ornatus.

1785. Florentiae. — Fr. Franciscus a Caposelvi, Laicus.

1825. Volaterris. — Fr. Donatus a Marrario, item Laicus, cuius inter alias virtutes enituere humilitas, paupertas, amor castitatis et obedientia.

1877. Florentiae. — P. Ioannes Gualbertus, ab eadem Civitate integerrimus et laboriosus.

1900. Arretii. — P. Caietanus ab Abbatia S. Salvatoris, Concionator, qui mortificationi, orationi, aliarumque virtutum exercitio maxime deditus purus a labe vixit.

DIE QUARTA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1661. Lucae, — Fr. Sanctes a Senis, Laicus bonus, sollers, modestus.

1680. Florentiae. — Fr. Alexius a Mediolano, item Laicus, qui Instituti rigores in deliciis habuit.

1684. Item. — Fr. Donatus a Lamule, pariter Laicus, optimi exempli Religiosus.

1696. Senis. — Fr. Clemens a Carminiano et ipse Laicus, pari exemplaritate commendabilis.

1697. Castulae. — R. P. Thomas a Luca, prudens Guardianus, qui ex nobili familia Arrighini ortum acceperat.

1709. Florentiae. — P. Ioseph a Fivizzano, rigidae innocentiae Sacerdos.

1747. Lucae. — Fr. Carolus a Mugello, Laicus.

1788. Sancto Miniate. — Admodum R. P. Stanislaus a Sancto Domnino, Concionator, Lector et Definitor; qui suis muniis laudatissime satisfecit prudentia, suavitate et mansuetudine praeclarus.

1802. Florentiae. — P. Antonius Felix a Pistorio.

1826. Ibidem. — R. P. Ioannes Franciscus a Luca, qui ex familia Torre Vanni ad nos veniens non tam nobilitate generis quam exemplaritate vitae religiosum habitum decoravit, in exercitio humilitatis, paupertatis et pietatis constanter perseverans.

1878. Pistorii. — Fr. Felix a Monte Vectulino, Laicus, bono spiritu et conspicua probitate, qui suarum virtutum exemplo omnium benevolentiam sibi conciliavit.

1879. Arretii. — Fr. Raphael a Prato, pariter Laicus, qui tempus non parvi faciens, in adimplendis vitae regularis actibus totum impendit.

1889. Pisis. — P. Iustinus ab eadem Civitate Concionator, multis longo vitae cursu meritis cumulatus.

1895. Sancti Cassiani. — P. Fidelis a Petrasancta, Concionator, iuvenis probatissimus in salutem animarum multo zelo accensus.

1899. Florentiae. — P. Angelicus ab Apua, Praedicator, qui fere tota vita carceribus S. Geminiani inclusis inserviendo, charitatis atque tandem perferenda gravi infirmitate patientiae magnum praebuit exemplum.

DIE QUINTA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1610. FLORENTIAE. — P. Vitus a Luca.

1611. CASTULAE. — Fr. Leo a Cortona, Laicus.

1688. IANUAE. — R. P. Angelus M.ª a Luca, Concionator et Generalis a Secretis, qui ex honestissima familia Bini natus, iuvenis virtute praestans et magna dexteritate in agendis negotiis fuit: ideoque eius immaturum fatum ab omnibus questum est.

1732. LUCAE. — Fr. Bernardinus ab eadem Civitate, Laicus.

1733. FLORENTIAE. — Fr. Felix a Serripoli, item Laicus, qui usque ad senectam semper religiose vixit.

1740. IBIDEM. — Fr. Hieronymus a Cintoja, pariter Laicus, qui agens devotam et laboriosam vitam omnibus fuit virtutis exemplum.

1743. LUCAE. — R. P. Ioannes a Bovelio, Concionator, Magister Novitiorum et pluries Guardianus, cuius pietas, comitas et exemplaris vita multum laudatae sunt.

1751. ARRETII. — Fr. Aegidius a Cortona, bonus Laicus.

1843. BURGI S. LAURENTII. — Fr. Saturninus ab eodem Loco, pariter Laicus perbonus, devotione praeclarus.

1852. FLORENTIAE. — Admodum R. P. Salvator ab eadem Urbe, Concionator, olim Philosophiae ac S. Theologiae Lector, iam Guardianus et Definitor: vir consilii, prudentiae et doctrinae insignis, qui regularem disciplinam et Ordinis decorem semper promovit; ideoque omnium ore semper commendatus.

DIE SEXTA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1608. LIBURNI. — Fr. Humilis a Cortona, Laicus vere humilis et exemplaris.

1626. LICINIANI. — R. P. Archangelus a Cortona, de Corazzi nobili ortus progenie, qui propter magnum Religionis spiritum, et mortificationis studium, Guardianus et dein magister Novitiorum eligi meruit, quos perfectionem optime docuit.

1638. LUCAE. — Fr. Ioannes ab Emporio, Clericus pius.

1683. PISIS. — Fr. Gervasius a Castula Lunensi, Laicus prudens ac solertiae plenus, quibus eximiis virtutibus peritiam et charitatem adiunxit in aegrotis fratribus curandis.

1733. EMPORII. — R. P. Franciscus ab eodem Loco, Concionator et pluries Guardianus, prudentia et fidelitate commendandus.

1768. LUCAE. — P. Ioachim a Bralia, Concionator.

1777. ARRETII. — P. Ioannes Franciscus a Lauro, qui dono contemplationis praeditus, perfectionis religiosae cucurrit ad bravium, potius caelestem, quam humanam degens vitam.

1854. LIBURNI. — R. P. Archangelus a Pisis, Concionator non modicae famae, Guardianus, religiosae observantiae custos, et iam benemeritus nostrae iuventutis Institutor.

1869. IBIDEM. — P. Evangelista a Liburno, Concionator.

1871. PECCIOLI. — Fr. Ioannes Maria a Fornaculis, exemplaris Laicus, qui moribus optimis, Fratrum animos et aestimationem penes saeculares sibi devinxit, et Deo maxime placere studuit.

DIE SEPTIMA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1609. SENIS. — Fr. Columbanus ab eadem Civitate, Laicus, qui in simplicitate et paupertate Domino servivit.

1611. PISIS. — P. Michael Angelus a Senis.

1612. PISTORII. — P. Hieronymus a Florentia, sollers et piissimus.

1658. LUCAE. — R. P. Hadrianus ab eadem Urbe, Concionator ortus de Basili nobili familia, Cardinalis Barberini iam a Secretis, Custos, Concionator et Guardianus: vir excellens spiritu, prudentia et consilio.

1723. PISIS. — P. Franciscus ab eadem Civitate, qui ad diem usque senectam et ultimam, probatam et honoratam gessit vitam.

1752. FLORENTIAE. — P. Antonius Franciscus a Monteminerario, qui pariter pie et exemplariter vixit.

1797. MUTILI. — Fr. Felix ab eadem Civitate, Laicus diligens, devotus et amator paupertatis.

1855. FLORENTIAE. — Admodum R. P. Ioseph Antonius a Pistorio, Concionator, saepe Guardianus, Definitor et bis Provincialis Minister. Vir fuit virtutibus meritisque praeclarus et suis muniis obeundis magnam diligentiam, probitatem et prudentiam adhibuit: dignus propterea, ut honoraretur et amaretur ab omnibus.

1877. IBIDEM. — Fr. Crispinus a Turriculo, bonus Laicus, qui iteratis Iesu et Mariae nominibus, quae semper habuit in corde et saepius in ore, devotam vitam finivit in pace.

DIE OCTAVA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1626. Emporii. — R. P. Ioannes a Carpheroniana, insignis Concionator et saepe saepius Guardianus scientia et prudentia laudandus.

1654. Lucae. — Fr. Simeon a Regio Lepidi, Laicus.

1654. Massae. — P. Hadrianus a Massa Ducali, pluries Guardianus.

1717. Volaterris. — Fr. Seraphinus a Puppio, Laicus virtutis exemplar, maxime prudentiae, modestiae, humilitatis; quas ob dotes magni a Fratribus et saecularibus viris habitus est.

1724. Florentiae. — P. Paulus Antonius a Piscia, Concionator.

1731. Pistorii. — P. Ioannes Baptista a Massa, devotus et probus.

1737. Lucae. — P. Silvester Maria a Corelia, silentii regularis amator, in Deum et in Virginem Deiparam piissimus.

1758. Ibidem. — P. Iosephus ab Abbatia Lucensi, Concionator charitatis plenus et maxime in excipiendo extremum spiritum christianorum sollicitus.

1806. Florentiae. — Fr. Bernardus a Piscia, Laicus, qui omni fidelitate et diligentia onera sua portavit.

1866. Ibidem. — Fr. Ioachim a Montevectulino, item Laicus pari bonitate morum et solertia in obeundis officiis donatus.

1868. Burgi S. Laurentii. — Fr. Blasius a Sancto Miniate, Laicus piissimus.

DIE NONA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1648. Florentiae. — Fr. Sebastianus ab eadem Civitate, Laicus.

1723. Turriculi. — Fr. Dominicus a Barberino, item Laicus qui usque ad octogesimum secundum vitae suae annum semper religiosissime vixit.

1726. Florentiae. — R. P. Hyacinthus ab eadem Urbe, Concionator et Missionarius Apostolicus in Regno Congi, ubi apostolico zelo inflammatus operatus est multis : sed in patriam reversus, diuturno morbo correptus, per exercitium patientiae fidelis et constans ad Dei promissa cucurrit.

1731. Lucae. — P. Ioannes Baptista a Seravetia, Concionator.

1786. Peccioli. — R. P. Ioseph a Cassina, Concionator optimus et zelo praeditus, qui saepe saepius confratribus praefuit mitis et humilis.

1803. Florentiae. — P. Ioseph a Prato.

1817. Ibidem. — R. P. Aloysius a Burgo S. Laurentii, et in Hospitali Civitatis Senensis Praeses : vir apud omnes maximi habitus ob suas egregias virtutes et omni laude dignus.

1830. Prati. — Fr. Thomas ab eadem Civitate, Laicus religiosissimus et in primis amore in Deum et proximum incensus.

1880. Colle. — R. P. Illuminatus a Liburno, Concionator zeli plenus, non semel Guardianus, bonae observantiae custos, semperque Religiosus valde pius et Ordini nostro addictissimus.

DIE DECIMA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1616. Puppii. — R. P. Raphael a Cortona, Concionator, frequenter Guardianus semperque optimus Religiosus.

1620. Sarezanae. — Fr. Silverius a Petra Sancta, Laicus.

1631. Sancto Miniate. — Fr. Iuniperus a Castro Florentino, item Laicus, qui, quum in charitate, paupertate et perfecta obedientia totus fuisset, BB. Virginis apparitione recreatus de aeternae salutis praemio ab Ea certiorari meruit.

1676. Liburni. — R. P. Anselmus a Barga, Guardianus, cuius summa morum integritas, zelus sanctae Regulae et studium paupertatis summopere laudatur.

1679. Lucae — P. Sebastianus a Liburno, Concionator, probati moris et spectatae virtutis Iuvenis.

1709. Senis. — P. Felix a Decimo Lucensi.

1793. Pisis. — R. P. Petrus a Seravetia non mediocris famae Concionator, iam pluries Guardianus et in illius civitatis Nosocomio Praeses: qui optimus religiosus, zelantissimus et charitatis plenus fuit, quam in aegrotos exercens mortem oppetiit.

1858. Florentiae. — Fr. Maurus a Vernio, Laicus multa patientia munitus, acrem, diuturnumque morbum costanter tolerando.

1858. Ibidem. — Admodum R. P. Ioannes Baptista a Columnata, Concionator, Lector et Definitor, vir ingenio et doctrina et non minori virtute locupletatus, qui regularem disciplinam et Ordinis decorem dilexit, totisque viribus auxit.

DIE UNDECIMA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1647. Pisis. — R. P. Hadrianus a Trepio, Concionator qui, doctus et prudens quum esset, multa laude officium Lectoris obtinuit.

1675. Florentiae. — Fr. Mansuetus a Brotio, Laicus optimis dotibus cordis ornatus.

1683. Liburni. — Fr. Benedictus a Florentia, item Laicus religiosae vitae exemplar, modestia ac politis moribus enitens.

1728. Florentiae. — Fr. Ioannes Gualbertus a Monte Hughiorum, pariter Laicus.

1758. Senis. — P. Silvester ab Asciano, Concionator, optimus ac piissimus Religiosus.

1767. Arcidossi. — Fr. Iacobus a Mediolano, Laicus.

1846. Cortonae. — P. Franciscus a Florentia, jam Sacerdos, cuius vita honoris Dei et amoris proximi plena fuit; sed maioris perfectionis desiderio ductus et Ordinem nostrum ingressus, post probationis annum, in primo religiosae professionis fervore quievit in Domino.

1863. Monteacuto. — P. Ioseph Maria a Levane, qui, indolem nactus ingenuam, in timore Domini ac BB. Virginis devotione vitam gessit absconditam.

1885. Pisis. — P. Carolus a Pistorio, qui, adhuc studiis incumbens, a primo religiosae vitae tirocinio, meliores virtutes aemulari statuit in corde suo; et revera in eis ita profecit, ut in brevi expleverit tempora multa.

1898. Liburni. — P. Titus a Faltona, Studens optimae virtutis iuvenis, quem in spem Religionis succrescentem lenta phthisis consumpsit.

1901. Bastiae in Corsica. — Fr. Andreas ab Orsinia, Laicus octogenarius, qui in simplicitate et humilitate Deo deservivit suorum officiorum executor fidelis.

DIE DECIMA SECUNDA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1600. FLORENTIAE. — Fr. Franciscus a Marrario, Laicus.

1603. MONTE S. SABINI. — Fr. Franciscus a Liciniano item Laicus multa pietate ornatus.

1611. CASTULAE. — P. Franciscus ab eodem Loco, cuius praecipua virtus amor Dei et sedulitas in muniis sacerdotalibus obeundis.

1696. ARRETII. — Fr. Angelus a Monte Varchio, Laicus, votorum et praesertim castitatis pervigil custos.

1732. LUCAE. — R. P. Angelus a Fighino, Concionator, iam in Regno Congi Missionarius et in Provincia pluries Guardianus.

1809. BUSSETI. — Fr. Ambrosius ab Asciano, Laicus, Concionatoris Apostolici Socius.

1826. FLORENTIAE. — Admodum R. P. Felicissimus a Bithurgia, Concionator, Novitiorum Magister, Definitor, Guardianus et tandem Provincialis. Eius praeclarae virtutes, inter quas regularis observantiae zelus, seraphicae paupertatis amor et fraterna charitas emicuere, magna laude dignae sunt.

1865. IBIDEM. — P. Ioannes Angelus ab Abbatia ad Septimum, vitam communem et regulas Ordinis sedulo servans, et praecipua charitate in aegrotis adiuvandis donatus.

1868. MONTE POLITIANO. — Fr. Ioannes Maria a Florentia, bonus Laicus.

1895. FLORENTIAE. — P. Hieronymus ab Apua, simplicibus, at bonis moribus praeditus.

DIE DECIMA TERTIA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1591. Senis. — Admodum R. P. Angelus ab eadem Civitate, Concionator et Commissarius Generalis in nostra Provincia.
1600. Ibidem. — P. Silvester a Castrunculo.
1601. Peccioli. — P. Angelus a Ponte Aerae, ob pietatem et devotionem in exemplum ponendus.
1648. Colle. — Admodum R. P. Franciscus a Pisis, Concionator, Guardianus et Definitor, summis meritis, nec minori experientia et scientia praeditus.
1687. Lucae. — Fr. Martinus a Luca, Laicus, qui vitam duxit semper morigeram et pietatis operibus abundantem.
1716. Florentiae. — Fr. Vincentius a Signa, Laicus.
1734. Senis. — R. P. Sebastianus ab eadem Civitate excellens Concionator, Collensis Coenobii Guardianus renuntiatus.
1803. Item. — P. Carolus Antonius ab Apua, quem commendat cumulus religiosarum virtutum, praesertim orationis, per quam magno Dei afficiebatur amore.
1824. Ibidem. — P. Paulus ab Helvetia, qui tenax fuit regularis disciplinae et elector bonorum operum.
1852. Fighini. — Fr. Victorius a Mugello, Laicus.
1892. Florentiae. — P. Bernardus ab Arretio, probus, ingeniosus ac devotus.
1900. Arretii. — Fr. Gabriel ab Apua, Laicus integerrimae vitae ac prope singularis devotionis, qui austeram poenitentiam semper et ubique agens, in quaeritanda stipe nomen optimi Religiosi et omnium admirationem obtinuit.

DIE DECIMA QUARTA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1625. Montevarchio. — P. Clemens a Volaterris, humilis, devotus, pacificus.
1625. Lucae. — P. Ioannes Baptista a Barga, cui religio erat, quominus vel minimam Instituti regulam transgrederetur.
1626. Florentiae. — Fr. Petrus ab eadem Civitate, Clericus ingeniosus et in Deiparam singulariter devotus.
1627. Ibidem. — P. Lucas a Florentia.
1636. Cortonae. — R. P. Franciscus a Barga, devotissimus Concionator et magnus Dei servus, cuius simplicitas et bonitas vitae multum laudatur.
1733. Senis. — Fr. Iosephus Maria a Bucino, Laicus, qui in sua vocatione stetit fidelis usque ad mortem.
1735. Lucae. — Fr. Ioseph a Sancto Cassiano de Pisis, Laicus, bonae conscientiae custos et mortificationi semper intentus.
1765. Liburni. — Fr. Iustus ab eadem Civitate, Laicus, qui vixit ex fide, quae per charitatem operatur.
1790. Florentiae. — Fr. Anastasius a Terricula, Laicus bonus ac patiens.
1803. Senis. — P. Thomas a Plano Castanearum, qui Dominum benedixit omni tempore et semper laudem eius habuit in ore suo.
1822. Arretii. — Fr. Simeon a Puppio, Laicus, qui humilitati et simplicitati cordis indefessum laboris et obedientiae exercitium adiunxit.

DIE DECIMA QUINTA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1629. Arretii. — P. Felix a Monti Sancti Sabini, sciens timorem Domini et suadens hominibus.

1631. Liburni. — P. Ludovicus a Mediolano, qui in carne ambulans secundum spiritum militavit pro sua aeterna salute.

1676. Florentiae — Fr. Valerius a Pistorio, suam sanctificationem perficiens in timore Dei.

1712. Lucae. — R. P. Ioannes Franciscus a Gragnana, Concionator et frequenter Guardianus, qui ministerio verbi Dei pro animarum salute indefessus vacavit, ad extremam usque senectutem omnibus forma factus bonorum operum.

1737. Liburni. — P. Marianus ab eadem Civitate, optimis moribus praeditus.

1759. Plebe Sancti Stephani. — R. P. Franciscus a Ponte Aerae, Concionator, quondam Guardianus et, moriens, Vicarius.

1790. Cortonae. — Fr. Antonius ab eadem Civitate, Laicus cuius bona vita laudatur in fideli exercitio obedientiae, regularis observantiae et laboris peracta.

1818. Lucae. — Fr. Iosephus a Colle Lucensi, item bonus Laicus.

1871. Florentiae. — R. P. Apollinaris ab Emporio, Concionator et saepe Guardianus in salutem animarum magno praeditus zelo, et propter modestam comitatem omnibus carus.

1893. Arretii. — R. P. Aloysius a Florentia, habilis Concionator: Guardiani vero munus, quod saepe saepius obtinuit, laudabiliter gessit; nam prudens et omnibus praeiens exemplo, religiosam observantiam, unitatem et pacem semper promovit et sancta comitate ac moderatione diligere fecit.

DIE DECIMA SEXTA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1588. Pisis. — Fr. Victorius a Ripomarancio Laicus, qui ambulavit digne Deo, videns vocationem suam.

1597. Ibidem. — Fr. Ioannes Chrysostomus a Carpheroniana, Clericus litteris et pietati addictus.

1601. Florentiae. — P. Aegidius a Bergomo.

1655. Arretii. — P. Marius a Campo Maiore, qui diligenter pietati attendit promissionem habenti vitae, quae nunc est, et futurae.

1684. Abatiae prope Montem Politianum. — P. Hieronymus ab eodem Loco, semper, quod bonum est, sectatus in Fratres et in omnes.

1748. Florentiae. — P. Laurentius M. ab eadem Civitate, indutus loricam fidei et charitatis, et galeam, spem salutis.

1852. Ibidem. — R. P. Martinus a Signa, Concionator et pluries Guardianus, qui in utroque officio studiose intentus et, multo fervore cum charitate coniuncto, de Religione et proximo valde benemeritus extitit.

1881. Colle. — Fr. Bernardinus ab eadem Civitate, Laicus valde pius ac devotus, qui fidelis et sedulus munia sua obivit.

1886. Florentiae. — Fr. Paulus a Prato, item Laicus pariter in omnibus operibus suis sollicitus et pius.

1892. Castulae. — Fr. Angelicus a Mugello, item Laicus bono spiritu imbutus, mortificatus et patiens, nec non in exercitio laboris et sanctae obedientiae ad mortem usque diligentissimus.

DIE DECIMA SEPTIMA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1587. Cortonae. — P. Ioannes a Bastia, Concionator, sibi et doctrinae attendens, ut seipsum salvum faceret et audientes.

1601. Florentiae. — Fr. Franciscus ab eadem Civitate, Laicus, obedientia praeclarus.

1608. Ibidem. — Fr. Donatus a Quarata, pariter Laicus pauper et humilis.

1611. Guami. — P. Bartholomaeus a Volaterris, plenus fervoris, caritatis operumque bonorum.

1613. Peccioli. — Fr. Alexander a Ponte Sacci, qui quaestum magnum fecit pietatem cum sufficientia paupertatis.

1653. Florentiae. — Fr. Sanctes a Monte Sancti Sabini, Laicus bonis moribus exornatus.

1724. In Regno Brasiliae. — R. P. Prosperus a Massa Ducali, Concionator et Missionarius Apostolicus, qui sollicite curavit seipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.

1728. Florentiae. — P. Christophorus a Massa, Concionator, qui laboravit, sicut bonus miles Christi Iesu.

1755. Item. — Fr. Bartholomaeus a Laiatico, Laicus in Eucharistiam valde devotus.

1763. Ibidem. — Fr. Archangelus a Pistorio, pariter Laicus plenus fide, quae per charitatem operatur.

1795. Senis. — P. Ioannes Baptista a Castro Florentino, Concionator, qui omni sollicitudine et pari fructu diu et laudabiliter Verbi ministerium exercuit.

DIE DECIMA OCTAVA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1705. Senis. — R. P. Ambrosius ab eadem Civitate, in saeculo nobilis Accarigi, vir eximius in virtutibus prosequendis, in humilitate autem, austeritate et observantia regulari bene fundatus meruit Superioris dignitatem frequenter obtinere.

1730. Pistorii. — R. P. Franciscus M.a a Lizzano, Concionator, et frequenter Guardianus qui prae aliis virtutibus mansuetudine et patientia enituit.

1799. Castulae. — Fr. Philippus a Liciniano, bonus Laicus.

1846. Pistorii. — R. P. Adeodatus ab eadem Civitate, Concionator qui optimam nactus indolem, de Ordinis decore promovendo valde sollicitus fuit; et Provincialis a secretis, nec non Guardianus non semel renuntiatus est.

1847. Arretii. — Fr. Silvester a Cortona, Laicus, incomparabilis ac plenus charitatis nec non votorum suorum restitutor fidelis.

1880. Senis. — P. Bernardinus a Sancto Cassiano de Pisis, tum vitae probitate, quum Religionis observantia et indeficienti zelo in salutem animarum multum laudabilis.

1893. Pistorii. — P. Natalis a Montesummano, Concionator, qui nihil nisi ex obedientia aggressus est; verbum veritatis et divina mysteria in animarum salutem recte tractavit.

1893. Florentiae. — R. P. Thomas a Fighino, coenobii Sancti Cassiani Guardianus.

DIE DECIMA NONA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1642. Lucae. — Fr. Vincentius a Mediolano, Laicus in prosperis et adveriis divinae voluntati conformatus.

1669. Florentiae. — Fr. Guidus a Castula, item Laicus, qui per totam vitam probatos mores tenuit et virtutibus vacavit.

1687. Lucae. — P. Bernardus a Cutiliano, Concionator non sublimia loquutus; sed in ostensione spiritus et virtutis.

1695. Senis. — Fr. Humilis a Florentia, Laicus, cui, sive sano, sive infirmo mos fuit semper Domino benedicere.

1729. Ibidem. — P. Sebastianus ab Argiliano, Concionator.

1738. Liciniani. — R. P. Antonius ab eodem Loco, ex civilissima familia Capei, non mediocris famae Concionator, qui saepe saepius Guardianus extitit regularis disciplinae summopere amator et custos fidelis.

1785. Florentiae. — Fr. Angelus a Cirelio, Laicus qui per annos tredecim lumine oculorum captus, praeclarum patientiae et aliarum virtutum exemplum constantissime praebuit.

1795. Ibidem. — Fr. Petrus a Carminiano, pariter Laicus.

1828. Item. — P. Ermenegildus a Florentia.

1830. Arretii. — P. Bonaventura a Castula, devotus, paupertatis et solitudinis amator et decoris Domus Dei diligentissimus.

1897. Florentiae. — Admodum R. P. Nazarenus a Pistorio, Definitor et Guardianus Arretini Coenobii, qui fideliter Domino famulatus est: Religionem decoravit exemplis et doctrinis: nam ad multos annos iuventutis nostrae Institutor et Lector evasit persollicitus, semperque optimus, aurea simplicitate et comitate omnibus carus.

1900. Pisis. — P. Gabriel a Porrecta, optimae indolis et non mediocris intelligentiae, quondam magister juvenum, magis meritis, quam aetate maturus.

DIE VIGESIMA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1636. SANCTO MINIATE. — Fr. Franciscus a Castula, optimus Clericus.

1661. EMPORII. — Admodum R. P. Ioseph M. a Monte Carolo, Concionator et bis Minister Provincialis, qui bonus et prudens, munia Lectoris, Magistri Novitiorum et Definitoris iam laudabiliter obiverat.

1670. LUCAE. — P. Iosephus a Luca.

1671. CORTONAE. — Fr. Andreas a Medicina, Clericus.

1676. ARRETII. — P. Antonius Maria a Clanciano, ingenio et pietate clarus.

1700. LUCAE. — P. Franciscus ab eadem Civitate, Concionator.

1703. FLORENTIAE. — Fr. Bernardus a Lugano, Laicus structoris artem callens, religiosarum virtutum exemplar et charitatis plenus.

1704. IBIDEM. Fr. Constantius a Montevarchio, pariter Laicus.

1743. SENIS. — Fr. Sanctes ab eadem Civitate, item Laicus diligens muniorum suorum, cui quidquid agebat, lepide omnia prospereque eveniebant.

1755. ARRETII. — P. Bonaventura a Castula, Concionator.

1756. PISIS. — P. Octavianus ab eadem Urbe, item Concionator.

1768. GUAMI. — Fr. Modestus a Liburno, Laicus.

1785. BITURGIAE. — P. Stanislaus ab eadem Civitate.

1785. MONTEVARCHIO. — R. P. Philippus Maria ab eodem Loco, Concionator et Guardianus, qui praeter alias virtutes insuperabili zelo exarsit in aegrotis auxilium praestando: quam charitatem exercens mortem invenit pientissime.

1801. SENIS. — Fr. Fidelis ab Arcidosso Laicus, bonae ac simplicis vitae exemplar.

1812. PISIS. — Admodum R. P. Ioachimus ab Abatia Sancti Salvatoris Concionator et Definitor, de cuius aeterna salute, quamvis fuerit improvisa morte correptus, spem bonam habemus in religiosa et optima vivendi eius ratione.

1831. IBIDEM. — P. Seraphinus a Vernio Bardorum, suae et proximorum salutis studiosus.

1882. FLORENTIAE. – Admodum R. P. Andreas a Pisis, praestanti ac docta eloquentia Concionator, olim Sacrae Theologiae Lector, pluries Guardianus, Definitor et ex Provincialis; quibus officiis obeundis semper magnam prudentiam et sagacitatem adhibuit, et propter exemplum vitae et auream comitatem dignus fuit, ut ameretur ab omnibus.

1888. IBIDEM. — Fr. Bernardinus a Sancto Miniate, Laicus boni moris iuvenis et optimae spei.

DIE VIGESIMA PRIMA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1630. FLORENTIAE. — P. Venantius ab eadem Urbe, Concionator.

1663. LUCAE. — P. Bartholomaeus a Cerreto Lucensi, qui vidit semetipsum, ne perderet, quod operatus est, bonum; sed ut mercedem plenam acciperet.

1706. ITEM. — Fr. Nicolaus ab Agro Clusentino, Laicus, qui religiose et devote vixit, omnibus praebens exempla virtutum imitatione dignissima.

1708. PISIS. — P. Augustinus a Seravetia, in quo perfecta fuit charitas Christi.

1736. ARRETII. — Fr. Felix a Castula, Laicus.

1785. MONTEVARCHIO. — R. P. Angelus Maria a Sancto Domnino, Concionator et Vicarius.

1795. FLORENTIAE. — P. Octavianus a Volaterris, qui propter exemplaris vitae morem et urbanitatem omnibus carus fuit.

1809. LIBURNI. — P. Raphael a Seravetia, qui succrescens in spem et decorem Religionis caelo maturus inventus est.

1886. ARRETII. — Fr. Fidelis a Biturgia, Laicus, qui religiosae moderationi et prudentiae verum pietatis et orationis spiritum adiunxit.

1891. MASSAE MARITIMAE. — Rmus Dominus Dominus P. Ioseph Morteo a Liburno, Concionator, et iam Sacrae Theologiae Lector, Guardianus et Definitor, Massae et Populoniae Episcopus vigilantissimus, per annos plurimos summa sapientia, operositate et prudentia refulgens, perfecti Praesulis omnibus functus muneribus et humilis Religiosi retinens vivendi rationem.

DIE VIGESIMA SECUNDA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1630. FLORENTIAE. — Fr. Romulus a Fighino, Laicus, dum fraterna charitate motus, peste laborantibus praesto esset.

1675. ARCIDOSSI. — Fr. Ioannes a Campo Maiore, Laicus piissimus, modestus ac laboriosus.

1723. PRATI. — Admodum R. P. Ioannes Franciscus a Rovertiano, Concionator, Definitor, et iam per multos annos Novitiorum Magister expertus.

1767. MONTEPOLITIANO. — P. Alexander a Liburno, Concionator.

1799. VOLATERRIS. — P. Michaelangelus a Piscia, item Concionator, ferventi devotione plenus et indefessus virtutis sectator.

1816. PISIS. — P. Gabriel a Fibialla.

1834. FLORENTIAE. — P. Romulus a Fesulis, qui multo zelo, bono exemplo et charitate non semel Guardiani munus gessit.

1848. SENIS. — Fr. Clemens a Sancto Quirico, Laicus laudabilibus moribus ornatus.

1863. PISIS. — Fr. Iustus a Liburno, item Laicus et pari vitae ratione laudandus.

1872. FLORENTIAE. — R. P. Ioannes Petrus a Pistorio, Concionator, saepe Guardianus benemeritus, et non modica sagacitate ac in agendis rebus dexteritate praeditus.

DIE VIGESIMA TERTIA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1615. LIBURNI. — P. Donatus ab Arretio, de nobili domo Francini progenitus.

1616. FLORENTIAE. — Fr. Iacobus a Monte Sancti Sabini, Laicus, seraphico spiritu imbutus.

1618. IBIDEM. — Fr. Hippolitus a Florentia, devotissimus Clericus.

1622. MONTE VARCHIO. — Fr. Callistus a Laterina, Laicus labori et orationi deditus.

1623. MONTE ILCINO. — Fr. Gervasius a Piscia, item Laicus, qui glorificavit et portavit Deum in corde et in corpore suo.

1630. FLORENTIAE. — R. P. Ioannes Franciscus a Senis, ex familia Belanti, Concionator, qui non tam nobilitate generis quam praeclaris virtutibus extitit clarus; fuit enim zelo prorsus singulari, humilitate et austeritate excellens; ac tandem, morbo epidemico grassante, victima charitatis.

1677. PISTORII. — Fr. Ioannes Baptista a Serripoli, Laicus.

1684. NEAPOLI. — R. P. Dominicus a Labrone, Concionator qui, quum in Triremibus Haetruriae Cappellani munus fungeretur, verbis et exemplis aestimationem et affectum sibi Religionique collegit.

1790. FLORENTIAE. — P. Bernardinus ab Arretio, ex honesta et civili Roncanelli familia ortus, iuvenis Concionator, excellenti scientia praeditus et moribus illibatis.

1833. SENIS. — Fr. Iustus a Volaterris, Laicus, cuius lumbi praecincti et lucernae ardentes in manibus.

1851. FLORENTIAE. — Fr. Dominicus a Terricula, item Laicus morigerus et pius.

DIE VIGESIMA QUARTA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1623. Peccioli. — Admodum R. P. Raynerius a Pisis, Guardianus et insignis Concionator, magnae virtutis et devotionis vir, pluries Definitor electus.

1624. Ibidem. — Fr. Laurentius ab Emporio, Clericus.

1683. Florentiae. — R. P. Felix ab Arcidosso, Guardianus in Coenobio Montis Varchii, probus et exemplaris.

1735. Pisis. — R. P. Fortunatus a Calci, pluries Guardianus et in apostolico ministerio eximius.

1760. Florentiae. — P. Bernardinus a Cirelio, Concionator bene moratus, qui in Nosocomio contagioso morbo correptus, dum aegrotanti praeberet auxilium, praemium suae charitatis in coelis obtinuit.

1767. Item. — R. P. Ioannes Cajetanus a Florentia, Concionator, iam Lector et Guardianus: qui ex familia Tornaquinci ortus nobilissima, et Ordinem nostrum amplexus religiosae perfectioni assequendae tota mente vacavit.

1803. Ibidem. — Fr. Isidorus a Fibialla, Laicus.

1813. Pisis. — P. Robertus a Montepolitiano, in omni opere bono constans et virtutum exercitio usque ad mortem perseverans.

1819. Arretii. — R. P. Carolus a Castula, Concionator, et ob egregias eius virtutes non semel Guardianus.

1831. Florentiae. — Fr. Seraphim ab Emporio, Laicus, virtutum studio et religiosa modestia dignus, qui magni haberetur ab omnibus.

DIE VIGESIMA QUINTA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1634. FLORENTIAE. — P. Carolus a Luca, Concionator, ex illustri Barsotti stirpe progenitus.

1642. IBIDEM. — P. Ioannes Franciscus a Massa Ducali, Studens.

1652. PRATI. — R. P. Vincentius a Signa, qui Guardiani munus per annos septem et viginti summa laude ac merito gessit.

1665. ARRETII. — Fr. Hieronymus a Senis, Laicus, ut in vita sic et in obitu piissimus.

1675. ROMAE. — Admodum Rev : P. Dominicus a Luca, Concionator, eques Busdraghi antea dictus, qui, relicta nobilitate sanguinis et cunctas virtutes colens multaque doctrina insignitus inter sacrae Congregationis Indicis consultores cooptari meruit.

1693. LUCAE. — R. P. Paulus a Trasilico, Concionator et saepe Guardianus, qui probatissimam duxit vitam et in fine longo patientiae exercitio magis ac magis, tanquam aurum in fornace, probatam.

1722. FLORENTIAE. — P. Bernardinus a Prato, Concionator.

1753. IBIDEM. — P. Iosephus a Strada, item Concionator.

1762. ARRETII. — P. Michael Angelus a Castula, Concionator; vir optimus, pauperrimus et summopere carne mortificatus.

1817. FLORENTIAE. — Fr. Didacus a Pistorio, Laicus virtute constans et piissimus.

1853. PISIS. — P. Ieremias a Seravetia, vir simplex et rectus, cuius erga infirmos charitas, amor solitudinis et obedientiae iure meritoque recoluntur.

1872. FLORENTIAE. — R. P. Aegidius ab Apua, Concionator et non semel Guardianus, cuius charitatis fervor epidemiae tempore longe claruit.

1886. PISTORII. — Fr. Vincentius ab Egilio, Laicus, qui tum in Provincia, quum in Missionibus Indiae orientalis commorans, fuit probus humilis ac laboriosus.

DIE VIGESIMA SEXTA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1635. LIBURNI. — R. P. Eugenius a Pisis, Concionator et illius Loci Vicarius.

1652. SENIS. — P. Ioannes Baptista a Pistorio, ex Ricciardi nobili familia ortus, qui, relicta equestri militia, humilem Christi crucem amplexus, idoneus factus est minister verbi veritatis.

1671. MASSAE. — P. Ioannes Baptista ab eadem Civitate.

1685. FLORENTIAE. — R. P. Franciscus M.a a Monte Catino, Concionator, aliquando Guardianus et ex Missionarius Apostolicus zelantissimus, qui semper et ubique austerus et devotus vixit.

1689. LICINIANI. — Fr. Antonius a Florentia, devotissimus Clericus, qui dulcem et suavem indolem nactus, et irreprehensibilibus moribus ditatus sancto fine quievit.

1753. TURRICULI. — Admodum R. P. Laurentius a Castellina, Concionator, qui per annos plurimos cathedram Lectoris cum omnium plausu tenuit; saepe in primis Provinciae Conventibus Guardianus, atque etiam inter Definitores adscribi meruit, elucens virtute et doctrina.

1756. FLORENTIAE. — Fr. Norbertus ab eadem Urbe, Clericus.

1864. ARRETII. — Admodum R. P. Eugenius a Florentia, Concionator, Definitor, Guardianus et iam non paucis annis Magister Novitiorum maxime commendabilis, qui non tam tironibus, quam provectis profuit non solum verbis sed exemplis et vitae probitate.

1880. IBIDEM. — Fr. Henricus a Castula, Studens, cui inerat magna vitae integritas, modestia, et devotio.

1893. BURGI S. LAURENTII. — Fr. Aloysius a Septimo, Laicus.

DIE VIGESIMA SEPTIMA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1642. FLORENTIAE. — P. Dionysius a Massa Ducali, Guardianus.

1648. EMPORII. — P. Angelus ab Arretio, cuius charitas epidemiae tempore quam maxime exarsit.

1658. FLORENTIAE. — Fr. Salvator a Sexto, Laicus, in quo amor proximi prae coeteris virtutibus emicuit.

1697. ITEM. — Fr. Carolus a Mugello, Laicus bono exemplo et charitate ceteros antecedens.

1721. LIBURNI. — P. Ioseph a Colle.

1739. SENIS. — Fr. Dominicus a Castello, Laicus morigerus et bonae spei iuvenis.

1770. LUCAE. — P. Augustinus a Massa, cui singulare fuit magno devotionis fervore sacra celebrare.

1857. SENIS. — P. Tobias a Pistorio, Studens, pulchris virtutibus et raris dotibus ornatus.

1857. IBIDEM. — P. Bernardus a Liburno, probatissimus, et ad omnes religiosae disciplinae actus semper assiduus.

1877. PISIS. — Fr. Gervasius ab eadem Civitate, Laicus, in quo humilitatis, paupertatis et obedientiae virtutes cum orationis amore et sacerdotum reverentia fulsere.

1880. IBIDEM. — R. P. Hieronymus a Fivizzano, Concionator, regularis zelo disciplinae ditatus, frequenter Guardianus, cuius conversatio propter exemplarem vitae rationem et sanctam comitatem cara omnibus, acceptaque fuit.

DIE VIGESIMA OCTAVA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1623. MANTUAE. — Admodum R. P. Franciscus a Brixia, Concionator nostrae Provinciae; qui ex nobilissima comitali quadam stirpe, magno fervore religiosum habitum induit, et multo zelo, prudentia ac doctrina insignitus munia Lectoris, Definitoris, Min. Provincialis et in Sardinia Generalis Visitatoris, laudabiliter gessit. In Montevarchii coenobio guardianus existens, Minister Provincialis Brixiensis electus est: at quominus Provinciae gubernacula susciperet mors in itinere praepedivit.

1635. LIBURNI. — Fr. Simon a Cortona, Laicus.

1701. PISTORII. — Fr. Iuniperus a Serripoli, item Laicus, valde pius, qui ad exemplum S. P. Francisci, Christum in Sacerdotibus reverebatur.

1812. COLLE. — Fr. Stephanus a Rivofrigido, Laicus.

1830. FLORENTIAE. — P. Paulus ab Apua, aetate quidem iuvenis; sed religiosa virtute gravis.

1857. PISIS. — P. Augustinus ab Apua, Studens.

1880. FLORENTIAE. — R. P. Raphael a Pistorio, Concionator et Guardianus, quem decoravit morum integritas et zelus Religionis, nec non salutis animarum.

1881. ARRETII. — P. Fortunatus ab Arretio, Concionator et aliquando Guardianus.

1888. PISIS. — Fr. Cajetanus a M.e Murlo, Laicus, qui in satisfaciendo sui status officiis, magnam fidelitatem et sollertiam adhibuit.

DIE VIGESIMA NONA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1630. PISTORII. — Fr. Rufinus a Pistorio, Laicus.

1649. PISIS. — Fr. Aegidius a Massa Ducali, item Laicus Dei amore succensus.

1698. PISTORII. — Fr. Stephanus a Cassina, item Laicus, qui oratione, labore et sensuum custodia se ab operibus malis servavit immunem et fecit bonum.

1734. FLORENTIAE. — P. Basilius a Sancta Flora, verus Dei servus, qui cum magna sanctitatis fama cessit e vita. Ipsum tum in vita, quum post mortem multa patrasse miracula memoriae proditum est.

1742. SENIS. — R. P. Bernardinus a Senis, Concionator, in saeculo nobilis Ragnoni dictus, ob egregias et peculiares virtutes, praesertim vero modestiam et urbanitatem dignus, qui pluries Provincialis a secretis et in Poloniae provincia et in nostra saepe etiam Superior eligeretur.

1767. IBIDEM. — R. P. Vincentius a Podio Bonitio, Concionator et Collensis Coenobii Guardianus.

1771. PLEBE S. STEPHANI. — P. Bernardus a Pratovetere.

1777. SENIS. — P. Angelus a Plano Castanearum, multo honore dignus, non solum propter munia Guardiani pluries et plausibiliter gesta; sed etiam ob eximias eius virtutes, quibus semper excelluit.

1779. FLORENTIAE. — Fr. Laurentius ab Emporio, Laicus, sanctis ac illibatis moribus ditatus et in diuturno morbo patienter tolerando constans: cupidus et maiora pati, si Deo placuisset.

1781. IBIDEM. — Fr. Angelus a Canobio, pariter bonus Laicus, qui structoris arte pollens, multam utilitatem attulit Provinciae.

1782. PONTE AERAE. — Fr. Vincentius a Terricula, item Laicus omnis officii diligens, maxime quod propius ad Deum animamque pertinet.

1809. FLORENTIAE. — Fr. Faustinus a Capalle, pariter Laicus, orationis et aliarum virtutum valde studiosus, qui etiam nactus politos ac suaves mores a pluribus Provincialibus Ministris in socium adscitus est.

1831. ARRETII. — Fr. Abundius a Cortona, et ipse Laicus, ob sanctam quamdam austerae et religiosae vitae rationi sociatam iucunditatem omnibus carus.

1884. FLORENTIAE. — P. Massiminus a Gabiniana, qui humilem et ab oculis mundi absconditam duxit vitam; sed religiosarum virtutum divitem et cognitam a Domino largiente praemia meritorum.

DIE TRIGESIMA NOVEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1624. LUCAE. — Fr. Felicianus a Seravetia, Laicus, qui fidelis professioni suae sategit perficere sanctificationem in timore Dei.

1627. SENIS. — Fr. Antonius ab Antona, pariter Laicus.

1645. LUCAE. — P. Laurentius a Florentia, ex nobilissima et illustri prosapia Strozzi ortus, qui iam inter honorarios Gallorum Principis ephebos, mundo valedicens ad amplexum crucis convolavit; et in exercitio summae humilitatis diu perseverans, ostendit obitu sancto quanta sapientia et virtute praeditus esset.

1660. ROMAE. — P. Laurentius a Senis, fervidus Concionator et probus, ortus ex illustri familia Benvoglienti, Alexandri Papae VII consanguineus.

1665. MATHAMBAE. — R. P. Bernardus a Cutiliano, Concionator et in Regno Congi zelantissimus Missionarius Apostolicus, qui per annos quatuordecim indesinenter adlaboravit in salutem animarum, quarum fertur fonte Baptismatis quadraginta millia regenerasse Christo.

1675. ROMAE. — R. P. Dominicus a Pisis, Concionator et Montis Politiani Guardianus, vir religiosissimus et donatus magna experientia in discretione spirituum: idcirco Magister Novitiorum peritissimus fuit.

1751. FLORENTIAE. — P. Venantius a Ponte Aerae, Concionator.

1756. IBIDEM. — Fr. Silvester ab Impruneta, Laicus de paupertate sollicitus.

1805. ITEM. — P. Ioachim a Cutiliano, Concionator, sancto zelo et compassivo corde donatus et religiosae observantiae studiosus.

1848. IBIDEM. — Fr. Remigius a Florentia, Laicus bonus ac devotus.

DIE PRIMA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1602. FLORENTIAE. — P. Bonaventura ab eadem Urbe, qui actibus vitae communis insistens magna sibi merita comparavit.

1602. PISIS. — Fr. Evangelista a Ronta, Laicus.

1606. MONTE SANCTI SABINI. — P. Ansanus a Senis, Concionator.

1633. ARRETII. — Fr. Rufinus ab Abbatia sancti Salvatoris, Laicus custodiendae charitatis diligentissimus.

1675. FLORENTIAE. — P. Romualdus a Florentia.

1686. ROMAE. — P. Bernardinus a Pelago, qui, ad limina Apostolorum devota peregrinatione suscepta, et a corpore peregrinatus est, ut praesens esset ad Dominum.

1760. PISTORII. — Fr. Salvator a Gello, Laicus.

1772. FLORENTIAE. — Fr. Sixtus a Soviliana, item Laicus, cuius virtus singularis praesentia Dei.

1799. MASSAE. — P. Honorius ab eadem Civitate, romanae Provinciae alumnus.

1850. ARRETII. — R. P. Ioannes a Ponte Aerae, Concionator et persaepe Guardianus de regulari disciplina benemeritus, necnon zelantissimus de salute animarum, quas innumerabiles lucratus est Christo, dum magno fervore sacras expeditiones populis ad pietatem excolendis obiret. De eo dici potest, quod in perfectionis via meliora semper aggressus sit.

1881. IBIDEM. — Fr. Ioannes a Monte Ghisio, Laicus, mitem ac dulcem nactus indolem, valde probus et in exequendis Superiorum mandatis fidelis.

DIE SECUNDA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1600. Volaterris. — Fr. Bartholomaeus a Pisis, Clericus, qui brevem quidem vitam in religione duxit, sed virtutibus plenam, ut Annales nostri testantur; nam in oratione assiduus, in verbis pudicus, in moribus honestus et in omnibus perfectus fuit.

1608. Florentiae. — Fr. Ioannes ab eadem Urbe, Laicus, providens bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus.

1611. Monte S. Sabini. — Fr. Ioannes Baptista a Clanciano, item Laicus in tribulatione patiens, orationi instans.

1611. Lucae. — P. Venantius ab eadem Civitate, Concionator ex nobili Tucci domo ortus.

1616. Ibidem. — Fr. Cyprianus a Castro Florentino, devotus Clericus.

1633. Sancti Cassiani de Balneis. — Fr. Dorotheus a Sancto Gaudentio, Laicus, qui habuit spiritum Christi et seraphici Patris.

1656. Florentiae. — Fr. Ambrosius a Sancto Quirico, item Laicus, suorum votorum Deo reddendorum solers.

1751. Pisis. — P. Laurentius a Stathiema.

1767. Lucae. — R. P. Angelus ab eadem Civitate, Concionator et aliquando Guardianus.

1838. Florentiae. — Fr. Marcellinus a Cassina, Laicus sanctae vitae et magnae charitatis praesertim erga infirmos, quos aegritudine levare omni ope studuit.

DIE TERTIA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1616. Florentiae. — Fr. Franciscus a Sexto, bonus Laicus.
1617. Pisis. — P. Sigismundus ab eadem Civitate, Concionator.
1621. Ibidem. — Fr. Benignus a Sancto Ioanne de Valle Arni, Laicus mitis et humilis.
1648. Florentiae. — P. Lucianus a Carpheroniana, iam in saeculo Sacerdos, qui perfectioris vitae desiderio succensus Ordinem nostrum ingressus est, in quo bono exemplo et austeritate claruit.
1660. Senis. — R. P. Carolus ab eadem Civitate, Concionator et pluries Guardianus, qui, ex nobilissima Forteguerri domo natus, sanctam devotionem assidue aluit in corde suo.
1660. Florentiae. — Fr. Vitalis a Sancto Miniate, Laicus religiosi decoris custos eximius.
1679. Arretii. — Fr. Carolus a Carraria, Clericus.
1696. Lucae. — Fr. Georgius a Florentia, Laicus.
1740. Colle. — Fr. Martialis ab eadem Civitate, item Laicus, qui religiosae perfectioni sedulam impendit operam.
1741. Lucae. — Fr. Ioannes Baptista a Florentia, pariter Laicus.
1752. Puppii. — R. P. Alexander ab eodem Loco, Concionator, Missionarius Apostolicus in Regno Congi et frequenter Guardianus.
1773. Senis. — Fr. Iosephus a Colle, Laicus.

DIE QUARTA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1647. Liburni. — Fr. Franciscus a Decumano, Laicus.

1650. Pisis. — Admodum Rev. P. Iosephus a Pistorio, Provincialis Minister, qui ex Dondori nobili genere ortus, iam in saeculo Sacerdos et doctorali laurea insignitus, nobilitate generis, doctrinae et virtutum copia Ordinem illustravit; eloquentissimus enim Verbi Dei Praeco, vigilantissimus ac prudens Superior extitit.

1669. Pragae. — Fr. Ioannes Baptista a Vittellestachio, Laicus, nostrae Provinciae alumnus.

1691. Peccioli. — R. P. Benedictus a Barga, saepe Guardianus, magna regularis observantiae sollertia praeditus.

1704. Lucae. — P. Philippus a Ponte Aerae, Concionator et Missionarius Apostolicus, qui captivus in Regno Georgiae periisset, nisi Provinciae elehemosinis redemptus fuisset.

1724. Senis. — Fr. Franciscus a Controne, Laicus.

1744. Sarteani. — Fr. Felix a Castula, item Laicus adhuc iuvenis, qui adipiscendis religiosis virtutibus egregiam navavit operam.

1795. Arretii. — Fr. Laurentius a Monte Sancti Sabini, item Laicus.

1819. Mutili. — P. Michael a Tredotio.

1826. Pisis. — R. P. Seraphinus a Ponte Aerae, Concionator et Vicarius in praeceptis regulae et laudabilibus religionis consuetudinibus observandis diligentissimus.

1899. Cortonae. — Fr. Honorius a Cesa, piissimus Novitius Clericus post undecimum novitiatus mensem tipho infectus et in urbanum infirmorum hospitium translatus.

DIE QUINTA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1617. FLORENTIAE. — Fr. Arsenius ab Incisa, cui peculiare fuit fervidas preces fundere pro conversione peccatorum.

1619. LUCAE. — P. Timotheus a Senis, super quem requievit spiritus timoris et amoris Domini.

1621. PISIS. — Fr. Vincentius a Serezana, Laicus fidelis in officiis et laboriosus.

1622. FLORENTIAE. — Fr. Zenobius ab eadem Civitate, item Laicus, qui sollicitam caritatem suam et peritiam in curandis aegrotis manifestavit.

1624. PISIS. — Fr. Angelus a Monte Ilcino, pariter Laicus sibi rigidus, aliis misericors et compatiens.

1665. FLORENTIAE. — P. Romulus ab eadem Urbe, qui nunquam seraphicae regulae praecepta et consilia oblitus est, ut faceret ea.

1723. IANUAE. — R. P. Laurentius a Luca, qui apud nostrates egregius Verbi Dei Praeco fuit, in Regno Congi Missionarius Apostolicus magno zelo in salutem animarum totum se impendit.

1801. PONTE AERAE. — Admodum R. P. Ioachimus a Seravetia, Concionator; vir omnibus virtutibus cumulandis studiosus, qui sollertis Novitiorum Magistri, Definitoris et Provincialis munia obivit, in bonum et decorem Provinciae summe intentus, cuius memoria in benedictione semper erit.

1881. FLORENTIAE. — P. Antonius Maria ab eadem Civitate, fervidus et bonae notae Concionator, multa pietate et praecipua erga Beatam Virginem Deiparam devotione praeditus.

DEFUNCTI SUNT

1639. Arretii. — Fr. Dominicus a Gavillo, Laicus.

1694. Puppii. — R. P. Ioannes Chrysostomus a Trasilico, Concionator et Guardianus mitis, devotus, misericors.

1708. Florentiae. — Fr. Felix ab eadem Civitate, Laicus optimus ac laboriosus.

1710. Lucae. — Fr. Bernardus a Magia, item Laicus magnae bonitatis, austerus regularis observantiae custos: at in proximum sollicita caritate donatus.

1716. Senis. — R. P. Bonaventura a Luca, Concionator, Guardianus et longo tempore in magni ducatus Hetruriae Triremibus Cappellanus, qui asperae vitae et omnimodae virtutis optimum cunctis semper et ubique praebuit exemplum.

1734. Florentiae. — Fr. Bernardus a Monte Murlo, Laicus, ob morum integritatem, comitatem et sinceritatem desideratissimus.

1774. Item. — P. Cajetanus a Florentia in Beatissimam Virginem singulariter devotus, in cuius honore sabatà et ejus Festorum vigilias summa servavit abstinentia.

1842. Romae. — P. Cyprianus a Signa, Concionator, qui salutis animarum desiderio flagrans, dum ad exteras Missiones proficisci cogitaret, suae bonae voluntatis et charitatis praemium recepit in coelis.

1850. Liburni. — Admodum R. P. Adeodatus ab eadem Civitate, iam Novitiorum Magister, Guardianus et Definitor, cuius eloquens sermo integritate morum et sancta conversatione firmatus plurimos attulit auditoribus poenitentiae fructus.

1861. Florentiae. — P. Fedelis ab Apua, Concionator qui, peste grassante, aegrotantium in auxilium ultro se obtulit, heroicae charitatis praebens exemplum: fuit etiam religiosae obedientiae fidelis cultor.

DIE SEPTIMA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1620. SENIS. — Fr. Callistus a Montemerano, Laicus.

1624. LUCAE. — P. Cosmas a Barga.

1625. FLORENTIAE. — P. Martinus a Monte Villae, cujus singularis virtus misericordia in pauperes.

1699. PISTORII. — Admodum R. P. Antonius a Pistorio, Concionator et Guardianus, qui, de Sozzifanti nobilissimo genere natus, Religionem illustravit scientia et virtute nec non prudentia multa, qua tum religiosas familias, quum totam Provinciam gubernavit: obiit pientissime,

1741. TUNETI. — R. P. Iacobus a Luliano, Concionator et Missionarius Apostolicus, qui in illis regionibus omni ope curavit, sedentes in tenebris et in umbra mortis luce evangelicae veritatis illuminare.

1751. FLORENTIAE. — Fr. Anselmus a Sancto Cassiano, Laicus.

1772. PISIS. — Fr. Felix a Petriolo, item Laicus, in vita et in morte famam non ordinariae virtutis adeptus.

1796. FLORENTIAE. — Fr. Dominicus a Prato, item Laicus devotissimus et fidelis.

1827. MUTILI. — P. Stephanus a Mutilo.

1842. COLLE. — Fr. Bonaventura a Castro Florentino, Laicus, qui finem suae vocationis jugiter consideravit et suae professioni fidelis sategit adipisci.

DIE OCTAVA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1618. Florentiae. — Admodum R. P. Ioannes Chrysostomus a Martha, apud Lacum Vulsinum, Concionator nostrae Provinciae, ob praeclara merita frequenter Guardianus et pluries Definitor.

1626. Fighini. — Fr. Iacobus a Sexto, Laicus probus et laboriosus, structoris artem pulcre callens.

1646. Paduae. — P. Bernardinus a Plebe Sancti Stephani, dilector pacis et charitatis.

1648. Burgi S. Laurentii. — R. P. Victorius a Florentia, Concionator et Guardianus, vir probus ac eruditus.

1686. Viterbii. — Fr. Benignus a Vallechia, Laicus, cujusdam Concionator socius, vir prudentia, oratione, politis et urbanis moribus ornatus.

1758. Florentiae. — R. P. Iuniperus a Barga, Concionator et in Nosocomio Sanctae Mariae Novae Praeses probus, sagax et prudens.

1762. Lucae. — R. P. Octavianus a Volaterris, Concionator et Pisani Coenobii Guardianus, ex nobili Leonori domo ortus, propter eximias mentis et cordis virtutes ab omnibus maximi habitus.

1868. Vitiani. — Fr. Philippus ab eodem Loco, Laicus.

1874. Florentiae. — Fr. Martinus a Turrita, item Laicus, qui jugum Domini lubens et constans portavit ab adolescentia sua.

1878. Ibidem. — Fr. Raphael ab Orsinia, pariter Laicus, qui affabilis et comis conscientiae integritatem et in muneribus adimplendis fidelitatem sedulo coluit.

DEFUNCTI SUNT

1598. Florentiae. — Fr. Bartholus a Passia, Laicus.
1603. Arretii. — P. Raynerius a Cortona, Concionator.
1604. Colle. — P. Damianus ab eadem Civitate, fidelis dispensator mysteriorum Dei.
1635. Fighini. — Fr. Leonardus a Carraria, Laicus.
1722. Sancto Miniate. — Fr. Benedictus a Senis, item Laicus boni spiritus et laboris amator.
1763. Liburni. — Fr. Ioseph a Saxo, pariter Laicus, cujus bona opera luxere coram hominibus, ut darent gloriam Deo.
1846. Cortonae. — Fr. Hadrianus a Signa, et ipse Laicus, qui in reddendis Deo votis et in BB. Virginis devotione semper incoluit.
1862. Florentiae. — Fr. Silvester a Marciano, item Laicus, qui toto vitae suae tempore verum se seraphici Patris imitatorem praetulit humilitate, obedientia ac pietate excellens.
1865. Ibidem. — Fr. Marianus a Pistorio, item Laicus et pari vitae ratione laudandus.
1865. Senis. — R. P. Isaias a Domobassiana, qui ob suos optimos mores et regularis observantiae studium persaepe Guardianus, licet invitus, electus est.

DIE DECIMA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1634. FLORENTIAE. — Fr. Ioannes a Ventena. Laicus sanctae vitae, ac invictae patientiae mirabile exemplum.

1640. IBIDEM. — R. P. Seraphinus a Cortona, ex Sernini-Cucciatti nobili genere progenitus, qui in Novitiorum Magisterio et Guardiani officio optime se gessit, sibi austerus, aliis vero mitis et in omnibus irreprehensus.

1644. MONTE VARCHIO. — P. Ludovicus ab Arretio, ortus ex nobili Maurorum familia.

1663. ARRETII. — Fr. Monaldus a Barberino, probus Laicus.

1751. FLORENTIAE. — Admodum R. P. Antoninus ab eadem Civitate, Concionator, Lector, Novitiorum Magister, Definitor et Guardianus, qui in omnibus visus est multae doctrinae, summae prudentiae et aequitatis refertus.

1768. EMPORII. — Fr. Leo a Peretula, Laicus.

1788. LUCAE. — P. Ioannes Dominicus ab eadem Civitate, Concionator et optimus Pater.

1825. PRATI. — R. P. Cyprianus a Burgo Sancti Laurentii, Concionator et Vicarius, Seraphici S. P. Francisci imitator eximius.

1843. SENIS. — Fr. Cosmas ab eadem Urbe, Laicus qui in observantia religiosae vitae, humilitatis, devotionis et obedientiae exercitio ad mortem usque perseveravit.

1856. FLORENTIAE. — P. Iucundus a Gabiniana, cui quanta virtus inesset, diuturnum in infirmitate invictae patientiae experimentum probavit.

DIE UNDECIMA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1648. VOLATERRIS. — R. P. Michael Angelus a Castula, Concionator et Peccioli Guardianus; vir praeclaris donis et in rebus agendis etiam difficilioribus multa prudentia et sollertia donatus.

1662. TURRICULI. — R. P. Clemens a Seravetia, Concionator, saepe Guardianus et Lector multa virtute et eruditione insignitus.

1722. LIBURNI. — P. Franciscus Maria a Colle, egregius divini verbi Praeco.

1726. CASTULAE. — R. P. Cherubinus a Puppio, item bonae notae Concionator.

1737. LUCAE. — P. Stephanus a Fibialla.

1748. IBIDEM. — P. Franciscus M[a]. a Luca, Concionator ex nobili familia Moriconi natus.

1755. ITEM. — Fr. Felix ab Antilla, Laicus.

1799. FLORENTIAE. — Fr. Dominicus a Ponte ad Sevium, Laicus patiens cuius vita praeparatio mortis.

1819. LUCAE. — P. Seraphinus a Limano, multis diebus onustus, servitio Domini et exercitio virtutum optime impensis.

1828. PISIS. — Admodum R. P. Bernardinus a Burgo Sancti Laurentii, qui tempore sacrae visitationis dum Ministri Provincialis summo zelo et religiosa prudentia munus obiret, piissime in osculo Domini obdormivit.

1831. MONTE ACUTO. — P. Theodosius a Vico Maiori, adhuc juvenis et bonus Concionator, dives virtutum optimique exempli.

1889. PISIS. — P. Athanasius a Seravetia Concionator et quandoquidem Guardianus: ipse cum Deo ambulavit omnibus diebus vitae suae, illi fidelissime serviens, in simplicitate cordis et rectitudine operum.

DIE DECIMA SECUNDA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1630. Monte Ilcino. — R. P. Hyacinthus a Castula, Concionator et Guardianus.

1650. Lucae. — Fr. Ioannes Baptista a Silicano, Laicus.

1651. Volaterris. — Fr. Felix a Cortona, item Laicus qui famam multarum virtutum adeptus est.

1662. Florentiae. — P. Stephanus ab eadem Urbe.

1704. Ibidem. — P. Antonius a Strada, multa patientia et tribulationibus a Deo probatus.

1708. Lucae. — Fr. Raynerius a Biturgia, Laicus in quo diligentia et bonum exemplum emicuere.

1741. Florentiae. — Fr. Vincentius a Flaviano, item Laicus, qui Deum timere coepit ab adolescentia sua.

1748. Arretii. — R. P. Gregorius ab eadem Civitate, Praedicator, observantiae regularis sedulus cultor et devotus.

1779. Senis. — R. P. Bonaventura a Monte Ilcino, item Praedicator et Sarteani Guardianus.

1811. Bononiae. — Fr. Franciscus a Petramala, Laicus.

1851. Senis. — R. P. Ioseph a Senis, optimus et benemoratus, qui, in Nosocomio Praeses, per annos plurimos proximorum saluti sedulam navavit operam.

1860. Pisis. — R. P. Marianus a Sancto Cassiano de Pisis, Vicarius, qui sacra praedicatione, observantia et vita virtutis et zeli plena enituit.

1861. Florentiae. — Fr. Bruno a Pistorio, Laicus, firmae voluntatis et constantis virtutis exemplar.

1867. Liburni. — P. Theodosius ab Apua.

1901. Ibidem. — P. Carolus a Prato, ingenuus et charitatis refertus, quam ut Cappellanus, sive in ergastulo S. Geminiani erga detentos, sive in labronensi Paroecia S. Andreae Apostoli erga fideles sollicite per multos annos exercuit.

DIE DECIMA TERTIA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1644. SENIS. — P. Ioseph ab eadem Civitate, ex Piccolomini nobilissima stirpe genitus, florente adhuc aetate.

1655. FLORENTIAE. — Fr. Pius a Pientia, Laicus invictae patientiae exemplar clarissimum.

1702. IBIDEM. — Fr. Crescentius a Florentia, qui ex nobili Fontebuoni ortus genere, in humili Laicorum coetu Deo famulari elegit.

1743. LUCAE. — Fr. Felix a Magia, pariter Laicus.

1752. LIBURNI. — P. Stanislaus ab eadem Civitate, egregiis et amabilibus virtutibus ornatus Concionator.

1758. FLORENTIAE. — Fr. Humilis ab eadem Urbe, Laicus peritus ac indefessus artis caementariae faber, et in vera humilitate solidatus.

1762. IN REGNO TIBETI. — Fr. Balthassar a Peretula, item Laicus.

1778. LUCAE. — Fr. Clemens a Seravetia, item Laicus.

1805. EMPORII. — R. P. Antonius Franciscus ab eodem Loco, qui ministerium verbi apostolico zelo diu exercuit et saepe saepius Guardianus electus regularem disciplinam apprime curavit.

1814. PISIS. — Fr. Crispinus de Abbatia, Laicus.

1820. FLORENTIAE. — Fr. Patritius a Pistorio, item Laicus.

1821. IBIDEM. — R. P. Carolus a Pistorio, qui ferventi zelo motus, verbum Dei evangelizavit in Tunetana Missione: unde in Provinciam reversus, Guardiani et Magistri Novitiorum munus sibi commissum omni virtute et summa laude explevit.

1824. APUAE. — R. P. Mauritius a Monte Catino, Vicarius spiritu pacis et orationis ditatus.

1864. ARRETII. — Fr. Antonius M.a ab eadem Civitate, Laicus obedientia, paupertate, devotione erga Beatam Virginem, nec non charitate in pauperes praeditus.

DIE DECIMA QUARTA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1600. Arretii. — P. Leo a Sancto Geminiano, Concionator.
1604. Liburni. — Fr. Bernardinus a Pratoveteri, devotus Clericus.
1607. Senis. — P. Antonius ab eadem Civitate muniorum sacerdotalium cultor studiosissimus.
1609. Ibidem. — Fr. Aurelius a Monte Ilcino, Laicus laboriosus et pius.
1612. Pistorii. — Fr. Cosmas a Podio Cajano, item Laicus.
1615, Lucae. — Fr. Ioannes Baptista a Bovelio, Clericus.
1625. Ibidem. — P. Illuminatus a Chiphento.
1632. Florentiae. — Fr. Eusthachius a Castro Plani, Laicus bene moratus.
1722. Lucae. — Fr. Theodorus a Campi, et ipse Laicus humilis et obediens.
1722. Florentiae. — P. Antonius Felix a Luca, Studens, de Orsucci nobili familia natus.
1818. Arretii. — Fr. Michael a Balneo, Laicus, cuius religiosa vita bono commendatur exemplo.

DIE DECIMA QUINTA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1630. Pisis. — R. P. Augustinus a Liciniano, Concionator et Guardianus.
1670. Arretii. — Fr. Ludovicus a Florentia, Clericus.
1698. Ibidem. — R. P. Augustinus a Liciniano, Concionator et saepe Guardianus valde probus et Beatissimae Virgini Mariae in primis devotus.
1736. Lucae. — P. Angelus ab eadem Civitate.
1752. Pistorii. — R. P. Paulus a Luca, Praedicator, cuius egregiae et eximiae virtutes non tam in Provincia, quam Romae emicuere.
1805. Apuae. — Fr. Crispinus ab Apua, Laicus, qui optima vivendi ratione ad felicem vitae exitum se disposuit.
1840. Arretii. — Fr. Bernardus ab eadem Civitate, item Laicus, qui tum in claustro, quum in saeculo bonis operibus cumulatam duxit vitam.
1859. Florentiae. — R. P. Zacharias a Pistorio, vir optimis et politis moribus.
1879. Ibidem. — Admodum R. P. Remigius a Florentia, Concionator et Guardianus, iam Lectoris et Generalis Ministri a Secretis munere functus; qui cum exquisito ingenio pulcrioribus sociatis virtutibus, munia sibi commissa magna sollicitudine et iustitia obivit, et nisi breviati fuissent dies ejus, multo maiora gesta ad Religionis bonum et decorem enarranda reliquisset. Obiit pientissime cum omnium lacrymis.
1883. Florentiae. — R. P. Marianus a Fivizzano, Praeses, vir exemplaris, orationis et solitudinis amator.

DIE DECIMA SEXTA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1648. Zarae. — R. P. Bernardinus ab Arretio, Concionator, qui, ex nobilissima Azzorum progenie natus, sanctis operibus, doctrina, austeritate vitae et optimo spiritu Religionem decoravit: ejus patrata gesta, sive ut Missionarius in Germaniae regionibus, sive ut Cappellanus in Venetiarum contra Turcas triremibus maxime celebrantur.

1675. Senis. — Fr. Hugo ab eadem Civitate, Laicus in omnibus diligens et fidelis.

1700. Ibidem. — P. Aloysius a Pistorio, probatissimus et seraphicae praecipue paupertatis amator.

1731. Florentiae. — Fr. Tiburtius a Monte Varchio, Laicus.

1749. Cortonae. — P. Ioannes Petrus a Florentia, Praedicator: vir multis exornatus virtutibus, et maxime in regularis disciplinae assiduitate et amore, tironum, provectiorumque exemplar.

1772. Lucae. — Fr. Marcus a Terrinca, Laicus.

1775. Turriculi. — R. P. Raphael a Ponte Aerae, Vicarius probus, humilis et obediens.

1792. Sancti Cassiani de Balneis. — R. P. Augustinus a Monte aeris, Concionator et Vicarius.

1796. Florentiae. — R. P. Fidelis a Seravetia, item Concionator et in majori hujus Civitatis Nosocomio Praeses, qui ferventissima charitate praeditus et animo misericordi in salutem animarum totus incubuit.

1804. Mutili. — P. Bonaventura a Marrario, Praedicator efficax et zelo plenus qui semper religiosam duxit vitam ferventi spiritu divitem.

1867. Florentiae. — R. P. Damianus ab eadem Civitate, in Nosocomio Bonifacii Praeses.

1868. Item. — P. Paulus a Tobiana.

1900. Item. — P. Antonius a Castula, adhuc in studia incumbens: pientissime obiit.

DIE DECIMA SEPTIMA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1600. FLORENTIAE. — Fr. Gregorius a Vernio Bardorum, Laicus.

1600. IBIDEM. — Fr. Iulius a Pistorio, item Laicus in virtute probatus.

1602. COLLE. — P. Archangelus a Petiliano, humilis ac devotus.

1604. FLORENTIAE. — P. Franciscus a Bononia.

1666. LUCAE. — Fr. Vincentius a Signa, perbonus ac pius Clericus.

1756. PISIS. — R. P. Bernardinus ab eadem Civitate, Concionator, qui etiam magno Religionis decore regularisque observantiae profectu Guardiani munus frequenter obivit.

1812. FLORENTIAE. — Fr. Humilis a Prato, Laicus.

1866. IBIDEM. — Fr. Valerianus a Mugello, pariter Laicus, magna morum integritate in aestimatione ab omnibus habitus.

1871. PECCIOLI. — R. P. Ubaldus a Sancto Petro, egregius verbi Dei Praeco atque omnibus sacerdotatibus virtutibus exornatus.

1882. ARRETII. — P. Raynerius a Pecciolo, aetate et virtute venerandus, qui regularem observantiam dilexit, devotionem ac laborem.

DIE DECIMA OCTAVA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1676. FLORENTIAE. — Fr. Franciscus a Volaterris, Laicus.

1725. IBIDEM. — P. Franciscus a Clanciano, Concionator et pluries Guardianus.

1732. LUCAE. — P. Silvester a Villabasilica, Concionator qui, longo virtutum curriculo peracto, octogenarius quievit in Domino.

1770. FLORENTIAE. — Fr. Victorius a Prato, Laicus.

1782. PISIS. — P. Bernardinus a Sorana, Studens optimi exempli.

1898. FLORENTIAE. — F. Benedictus a Lignaria, Laicus bonae indolis et praecipua charitate donatus, quam in valetudinario aegrotos curans sollicite profudit.

1799. LUCAE. — R. P. Andreas ab eadem Civitate, Concionator et Lector, qui ex civilissima domo Arrighi ortus, multa doctrina et bonitate in Religione refulsit.

1817. FLORENTIAE. — P. Laurentius a Septiniano, electis donis locupletatus, et praesertim zelo et charitate in salutem proximorum, nec non maxima alacritate in exequendis Superiorum mandatis.

1846. BURGI S. LAURENTII. — Fr. Paulus a Fighino, Laicus exemplaris, pius et magna in pauperes flagrans charitate.

1861. LIBURNI. — R. P. Natalis a Pisis, quem fecit Dominus idoneum ministrum Novi Testamenti.

DIE DECIMA NONA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1609. Florentiae. — Fr. Michael a Reggello, pius ac probatissimus Laicus.

1630. Ibidem. —P. Franciscus Maria a Florentia, in assistendo peste affectis victima charitatis.

1648. Senis. — P. Robertus a Monte Politiano, ex nobili familia Bellarmini, qui, abiectis mundanis divitiis atque oblectamentis, probus extitit in Religione ac plenus virtutis.

1737. Fighini. — Fr. Romulus ab eodem Loco, Laicus orationi et labori addictissimus.

1740. Pistorii. — Fr. Carolus a Mediolano, item Laicus bono exemplo et fideli obedientia clarus.

1844. Pisis. — P. Laurentius a Prato, cuius charitatis ardor pestilentiae tempore eluxit.

1855. Pistorii. — Fr. Cajetanus a Piscia, Laicus qui suis muniis a iuventute fidelem navavit operam et in senectute religiosas virtutes impensius, fideliusque colens ad extremam diem se disposuit.

1875. Florentiae. — P. Faustinus ab eadem Civitate, integer ac piissimus.

1876. Pisis. — Fr. Beniaminus a Volaterris, Laicus.

DIE VIGESIMA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1642. Florentiae. — P. Ioannes Baptista a Monte Carolo, Studens.

1645. Pistorii. — Fr. Cosmas ab Incisa, Clericus, ita innocens vitae et sceleris purus, ut moriens meruerit Beatae Virginis Mariae apparitione recreari.

1721. Florentiae. — R. P. Bernardinus ab Emporio, Concionator et in Regno Congi iam Missionarius Apostolicus, qui, quum pro Dei gloria et animarum salute multos exantlasset labores, reversus in patriam, totus sibi ipsi vacavit, et longo invictae patientiae exercitio plurimum profecit.

1749. Ibidem. — R. P. Philippus a Castro franco Superiori, Concionator probatissimus et animarum in viam salutis dirigendarum peritissimus.

1761. Liburni. — P. Ioseph M.a a Massa Ducali.

1773. Ibidem. — Fr. Franciscus a Melita, Clericus.

1783. Florentiae. — Fr. Aegidius ab eadem Civitate, Laicus.

1833. Peccioli. — Fr. Bonaventura ab eodem Loco, item Laicus bonis moribus et praecipua erga Beatam Deiparam devotione praeditus.

1857. Bisantii. — R. P. Seraphinus a Florentia, Missionarius Apostolicus, qui zelo efficaci laboravit in vinea Domini et multum attulit fructum.

1857. Sancto Miniate. — Admodum R. P. Andreas a Pientia, Concionator, Missionarius Apostolicus et Generalis Custos, necnon Sacrae Theologiae et Eloquentiae Lector emeritus, qui a teneris annis divina gratia praeventus usque ad felicem vitae exitum in omnimodae virtutis exercitatione perseveravit; cui magnam ingenii vim ac indefessum zelum socians ingenti animarum fructu verbum Dei evangelizavit et longe lateque ita eius fama percrebuit, ut ab omnibus Apostolus et vere Dei famulus haberetur.

DIE VIGESIMA PRIMA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1600. FLORENTIAE. — Fr. Ioannes a Liciniano, Laicus mirae devotionis.

1605. MONTEVARCHIO. — P. Franciscus ab eodem Loco, qui scientiam Christi calluit in charitate repositam.

1705. SENIS. — P. Petrus Maria a Monte Politiano, natus de nobili Feorum familia, qui, quoad vixit, fideliter ac devote Domino famulatus est.

1718. PONTE AERAE. — P. Isidorus ab eodem Loco, fervidus Concionator.

1737. FLORENTIAE. — Fr. Felix a Sancta Maria ad Podium, Laicus, pietatis et paupertatis amator, se in omnibus divinae voluntati subiiciens.

1745. IBIDEM. — R. P. Bonaventura ab Emporio, Concionator eiusdemque Loci Guardianus optimus.

1779. LICINIANI. — Fr. Liborius a Cortona, probatae virtutis Laicus.

1787. FLORENTIAE. — P. Alexius a Podio Caiano, Praedicator plenus virtutis, otii valde inimicus atque ad superiorum nutum paratus.

1889. IBIDEM. — R. P. Mauritius ab Emporio, item Concionator et iam pluries Guardianus, qui multis ac firmis fuit virtutibus dives: ita vero diuturna et insanabili aegrotatione probatus, ut alter Iob patientissimus haberetur.

DIE VIGESIMA SECUNDA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1608. PECCIOLI. — P. Dionysius a Sancto Cassiano de Balneis, qui spiritu Dei actus est.

1630. FLORENTIAE. — P. Bernardinus ab eadem Civitate, pietatis et charitatis plenus, qui mortalitatem explevit, peste correptis inserviens.

1650. SENIS. — Fr. Raphael ab eadem Civitate, Laicus, qui spiritu vixit et ambulavit.

1655. PISTORII. — Fr. Antonius a Valle Branae, item Laicus religiosae vocationi fidelis.

1702. LUCAE. — P. Ioannes Baptista a Seravetia, Concionator.

1744. FLORENTIAE. — Fr. Ioannes a Podio Caiano, Laicus honestate morum et laboris assiduitate laudabilis, necnon erga Superiores reverentia plenus.

1760. ITEM. — Fr. Remigius a Florentia, pariter Laicus humilitate praeclarus.

1796. IBIDEM. — R. P. Romualdus a Signa, Praedicator; vir probus ac charitatis dives.

1838. SENIS. — Fr. Petrus ab Insula, Laicus omnibus praelucens optimis exemplis.

1877. ARRETII. — Fr. Modestus ab eadem Civitate, item Laicus, qui cupiditatum refraenatione, devotione vitaeque integritate ad perfectionem contendit.

1900. ARETII. — R. P. Franciscus a Plebe de Presciano Praedicator et saepe Superior pietate, gravitate ac integritate morum apprime laudandus.

DIE VIGESIMA TERTIA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1635. Fighini. — Fr. Ludovicus a Regio, Laicus probatae ac eximiae virtutis.

1650. Liburni. — Fr. Nicolaus a Colle in Valle Nebulae, item Laicus devotissimus.

1688. Ibidem. — Fr. Iustus a Liburno, pariter Laicus.

1692. Ponte Aerae. — Fr. Sixtus ab Emporio, et ipse Laicus Religioni inserviendo fidelis.

1694. Lucae. — P. Bernardinus ab eadem Civitate, suis muniis exactissime functus.

1701. Peccioli. — Admodum R. P. Michaelangelus a Piscia, Lector, Guardianus ac Definitor qui, ex nobili Familia Martellini ortum ducens, Religionem illustravit doctrina et bono exemplo: quibus virtutibus cum eloquentia sociatis, factus est celeberrimus Concionator magna vi et apostolico zelo vitia et gliscentes errores interficiens.

1720. Florentiae. — Fr. Cyprianus a Lamulis, Laicus.

1757. Ibidem. — Fr. Felix a Pratolino, item Laicus prae religione et pietate ad exemplum positus ceterorum.

1803. Pisis. — P. Adreas a Bidutiano.

1843. Florentiae. — Fr. Illuminatus ab eadem Civitate, Laicus devotus, humilis et amans solitudinis.

1844. Sancti Quirici. — R. P. Fidelis Maria a Florentia, celebris Concionator atque in Provincia Missionarius Apostolicus zeli plenus.

1850. Arcidossi. — Fr. Simon a Puppio, Laicus.

DIE VIGESIMA QUARTA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1623. Pistorii. — R. P. Franciscus M.a ab eadem Civitate, ex nobilissimo Cellesi genere ortus, qui optimo spiritu ditatus pluries meruit ad Guardiani munus promoveri.

1629. Liburni. — P. Vitalis a Massa Ducali.

1630. Florentiae. — Fr. Humilis a Seravetia, qui sicut nomine ita et factis vere humilis fuit et in orationis exercitio optime versatus.

1658. Senis. — Fr. Dominicus a Barberino, item Laicus.

1685. Florentiae. — R. P. Thomas ab eadem Civitate, in Nosocomio Sanctae Mariae Novae Praeses vigilantissimus; qui zelo, charitate, prudentia et religiosis moribus maxime resplenduit.

1715. Massae. — Fr. Philippus ab Arretio, Laicus qui, simplicem nactus indolem, in humilitate et bonitate Domino servivit.

1716. Pistorii. — Fr. Ioannes Gualbertus a Cerro, item Laicus pariter bonus et pacis amator.

1727. Florentiae. — R. P. Gregorius a Sancto Geminiano, non mediocris famae Concionator, agens quae docuit et omni aestimatione dignus.

1741. Arcidossi. — P. Ludovicus a Chitiniano, aetate quidem juvenis; sed religiosa virtute maturus.

1786. Florentiae. — Fr. Felix a Caregio, Laicus, bonus et fidelis operator.

1798. Ibidem. — Fr. Hyacinthus a Cortona, similiter probus Laicus.

1879. Arretii. — Fr. Ioannes a Colle, item Laicus, qui singulari bonitate et evangelica simplicitate donatus, laborem et observantiam super omnia dilexit.

1898. Florentiae. — Fr. Ioseph a Sexto Florentino, item Laicus.

DIE VIGESIMA QUINTA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1629. FLORENTIAE. — P. Fulgentius a Pistorio, ortus ab illustri familia Gherardini.

1675. ARRETII. — Fr. Franciscus a Monte Sancti Sabini, Laicus dives in operibus bonis ad nostrum exemplum.

1708. IBIDEM. — R. P. Angelus Maria a Cortona, Praedicator, iam Provinciae Secretarius et pluries Guardianus, regularis observantiae custos, probitate, sagacitate, prudentia et honestate decorus.

1715. TUNETI. — R. P. Hyacinthus Maria a Luca, fervidus Missionarius Apostolicus.

1724. ARRETII. — Fr. Valerianus a Pistorio, Laicus.

1757. FLORENTIAE. — Fr. Coelestinus ab eadem Civitate, item Laicus multa patientia probatus.

1762. IBIDEM. — Fr. Arsenius a Monte Hughiorum, similiter Laicus mirae pietatis et obedientiae.

1768. PISIS. — R. P. Ioannes Antonius a Seravetia, Concionator.

1773. FLORENTIAE. — Fr. Felix a Podio Caiano, Laicus vitae religiosae exemplar insigne.

1798. IBIDEM. — Fr. Gabriel a Caregio, item Laicus et pari bono exemplo donatus.

1799. ARRETII. — R. P. Hyacinthus a Biturgia, Praedicator et Lector, multa doctrina et maiori virtute clarus, quibus, sive ex Cathedra discipulos, sive ex suggestu populos erudivit ad pietatem.

1828. LIBURNI. — Fr. Andreas a Fighino, Laicus.

1881. SANCTI CASSIANI. — Fr. Didacus a Senis, item Laicus pacifica et miti natura praeditus.

1891. MONTEPOLITIANO. — Fr. Pacificus a S. Cassiano ad Florentiam, fervidus Novitius Laicus morbo pulmonario captus.

DIE VIGESIMA SEXTA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1646. Volaterris. — Fr. Marianus a Seravetia, Laicus.

1648. Florentiae. — R. P. Cyprianus ab eadem Civitate, in Prati coenobio Guardianus.

1712. Senis. — P. Angelus Maria a Liburno, Concionator qui multa doctrina et optimo exitu ac fructu verbum Dei disseminavit.

1713. Lucae. — Fr. Antonius a Florentia, Laicus.

1788. Emporii. — Fr. Gregorius a Prato, item Laicus.

1795. Florentiae. — Fr. Franciscus a Caregio, pariter Laicus, qui per totam vitam, conceptum in tirocinio spiritum caute custodivit.

1811. Pistorii. — Fr. Antonius ab eadem Civitate, item Laicus.

1816. Senis. — P. Vincentius a Flaviano.

1818. Prati. — Reverendissimus P. Michaelangelus a Biturgia, vir perspicaci ingenio, scientia et virtute conspicuus, qui, postquam in nostra Provincia, Concionatoris et praecipua, in magna temporum difficultate gesserit officia, ad supremum totius Ordinis regimen assumptus est, quod maxima charitate, prudentia tenuit et explevit.

1822. Pisis. — Fr. Damianus a Luca, devotissimus Clericus.

1838. Pistorii. — Fr. Caietanus ab eadem Civitate, Laicus.

1860. Senis. — Fr. Laurentius a Ripomarancio, item Laicus.

1882. Arretii. — Fr. Venantius a Monteghisio, pariter Laicus benemoratus, pietatis plenus et Ordini addictissimus.

1894. Peccioli. — Fr. Pacificus a Monte Murlo, item Laicus, qui bonis ac urbanis moribus ornatus diu fidelis quaestuator fuit.

DIE VIGESIMA SEPTIMA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1655. SENIS. — Fr. Ioannes a Rovertiano, Laicus, lapicida et sculptor petissimus, integritate vitae et pietate conspicuus.

1677. SANCTI QUIRICI. — P. Michael ab eodem Loco, saepe saepius Guardianus: vir bonus, deque regulari disciplina sollicitus.

1695. MASSAE. — Fr. Aegidius ab eadem Civitate, Laicus simplex et rectus in omnibus operibus suis.

1741. FLORENTIAE. — P. Archangelus ab eadem Urbe, Praedicator, qui, relicta nobilissima, ex qua genitus erat, Medicea domo, in Ordinem nostrum se recepit, vixitque pauper et humilis.

1782. EMPORII. — R. P. Bernardinus ab eodem Loco, Praedicator, saepe Guardianus, in contentione religiosae perfectionis factus exemplar subditorum.

1782. LUCAE. — R. P. Franciscus a Controne, item Predicator et saepe Guardianus bonitate, humanitate cunctisque virtutibus decorus.

1810. MARRARII. — Fr. Laurentius ab eodem Loco, Laicus.

1871. PECCIOLI. — Fr. Antonius Felix a Vernio, item Laicus, qui, ut verus capuccinus, semper humilis, devotus, ad bonum promptus et laboriosus vixit.

1885. FLORENTIAE. — R. P. Aegidius a Prato-Veteri, Concionator zeli et charitatis dives in salutem animarum, quas ad Deum reducendi omne studium adhibuit.

DIE VIGESIMA OCTAVA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1629. FLORENTIAE. — Fr. Buonaventura a Volaterris, Clericus.

1630. IBIDEM. — P. Venantius a Biturgia.

1639. PISTORII. — P. Caesarius a Senis, aliquando Guardianus sanctitate et integritate vitae admirabilis.

1658. IBIDEM. — R. P. Franciscus Maria a Pistorio, Concionator et Guardianus, ex nobili genere Pagnozzi ortus, propter austerae vitae rationem, et singularem erga Beatissimam Deiparam amorem memoria dignus. De laudibus Virginis librum vulgavit piissimum.

1811. VOLATERRIS. — P. Augustinus a Bidutiano, Praedicator, morte correptus, dum magno zelo hoc ministerium verbi compleret.

1834. FLORENTIAE. — R. P. Cosmas a Vellano, item Praedicator optimus et zeli plenus, venerabilis senex nonagenario major, qui, quum per quadraginta annos in Florentiae Nosocomio perseverasset, plenus meritis et virtutibus obdormivit in Domino.

1879. S[i]. CASSIANI. — P. Alexander a Florentia, probus regularisque observantiae in primis amator.

1884. IBIDEM. — R. P. Constantinus a Campilio, Praedicator et Guardianus, qui charitatis plenus, sine strepitu et quasi in abscondito multa bona in salutem animarum operatus est.

1886. FLORENTIAE. — P. Epiphanius ab Apua, qui regulari observantiae, orationi et solitariae vitae obsequens, ingentes sibi fecit virtutum meritorumque divitias.

1887. ARRETII. — Fr. Candidus ab eadem Civitate, Laicus, vir probus, laboris patiens, et comis naturae.

DIE VIGESIMA NONA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1589. SENIS. — P. Marius a Liciniano, exemplar humilitatis, mortificationis et charitatis prorsus imitandum.

1592. ITEM. — Fr. Augustinus a Senis, Laicus.

1600. IBIDEM. — Fr. Victorius a Voltena, item Laicus.

1609. ARCIDOSSI. — Fr. Evangelista a Vulparia, qui recte ambulavit coram Domino et invenit gratiam.

1612. FLORENTIAE. — Fr. Ioannes Baptista a Carferoniana, Clericus piissimus.

1614. ITEM. — Fr. Benedictus a Perusia, Laicus.

1618. IBIDEM. — Fr. Romulus a Ventena, qui labori vacans nec orationem neque actus vitae communis neglexit.

1674. LUCAE. — Fr. Olimpius ab Arce Albinea, similiter Laicus sanctae vitae.

1775. FLORENTIAE. — Fr. Sanctes a Cararia, cujus vita laboris patiens ac devota multum laudatur.

1824. SENIS. — P. Aegidius a Monticulo; vir exactissimus et fidelis.

1888. FLORENTIAE. — Admodum R. P. Iosephus a Barberino, Concionator et in Regno Cile iam Missionarius Apostolicus, qui ferventi zelo et seraphico spiritu ditatus magna sollicitudine in salutem animarum incubuit, rectusque extitit in omnibus actibus suis.

DIE TRIGESIMA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1634. Pistorii. — Fr. Ioannes a Terricula, Laicus.
1635. Florentiae. — P. Stephanus a Colle, jam in saeculo Sacerdos annos natus nonaginta sex, virtutibus meritisque onustus.
1649. Castulae. — P. Paulus a Filiano.
1657. Senis. — P. Franciscus ab Asciano, senex magnae austeritatis.
1674. Ibidem. — P. Antonius a Florentia, Studens.
1700. Pistorii. — P. Felix ab eadem Civitate, ex nobili Brunozzi genere natus, qui, Ordini nostro dato nomine et votis nuncupatis, vel minimas regulas, consuetudinesque servavit: de animabus in Purgatorio degentibus sollicitus solatiorum coelestium congregationem inter Sacerdotes erexit: tandem annum agens quintum supra nonagesimum pienter obdormivit in Domino.
1722. Florentiae. — R. P. Ludovicus a Florentia, Concionator et Guardianus.
1724. Senis. — P. Gregorius a Senis, Concionator, ortus ex nobili familia Orlandini, qui, laudabilem semper gessit vitam.
1799. Florentiae. — R. P. Raphael a Castro Florentino, egregius Concionator et frequenter Guardianus optimus.
1824. Fighini. — Fr. Archangelus a Lauro, Laicus.
1832. Florentiae — Fr. Bonifacius a Capalle, item exemplaris ac laboriosus Laicus.
1880. Ibidem. — Admodum R. P. Xistus a Pisis, de Ordinis decore valde benemeritus: nam Definitor et Guardianus simplex et rectus regularem observantiam promovit, et alacri praeditus ingenio, scientia et eloquentia insignis extitit verbi Dei Praeco.
1885. Cortonae. — P. Ioannes Baptista a Castro Azario, verus Dei servus, in quo dolus non fuit et exactissimus.
1892. Sancto Miniate. — R. P. Ioseph a Cassina, persaepe Guardianus, venerabilis Senex, qui usque ad nonagesimum vitae suae annum in omnium religiosarum virtutum exercitio se praebuit studiosum.
1894. Liburni. — Fr. Pacificus a Montemurlo, Laicus religiosae vitae esemplar optimum.

DIE TRIGESIMA PRIMA DECEMBRIS

DEFUNCTI SUNT

1609. SANCTI QUIRICI. — P. Hieronymus ab Arretio.

1644. PISIS. — R. P. Franciscus M^a. ab eadem Civitate, Guardianus, ex nobili Nerviorum familia natus pietate et doctrina conspicuus.

1647. SENIS. – Fr. Simeon a Mediolano, Laicus, cujus vivendi ratio austera et religiosissima fuit.

1678. MONTE SACTI SABINI. — P. Ioseph Maria ab eodem Loco.

1679. PISTORII. — P. Carolus ab eadem Civitate, ex nobili familia Pagnozzi, qui spiritu prudentiae et devotionis ditatus persaepe meruit confratribus praeesse.

1689. FLORENTIAE. — Fr. Simplicianus ab Incisa, Laicus sanctae et laboriosae vitae.

1761. TURRICULI. — P. Bonaventura a Monte Carolo, Praedicator.

1782. SANCTO MINIATE. — P. Miniates ab eadem Civitate, bonitate et charitate praeclarus.

1785. ROMAE. — Admodum R. P. Bernardinus a Prato, eximius Concionator et sanctorum causarum Postulator, qui ex civili Zerini domo ortus, et iam in saeculo Doctoris legis lauream adeptus, non tantum doctrina: verum etiam sanctis operibus et virtutibus in Religione claruit.

1799. FLORENTIAE. — Fr. Hilarius a Terricula, Laicus, qui Christi bonus odor fuit in omni loco.